1539

Universidad de Deusto
Biblioteca

IHS
Archivo de Loyola
Sección 3.ª Serie 2.ª N.º 75
Est. 53.
Plut. 3.


Siglo
I. H. S.
Archivo de Loyola
Estante .....
Plúteo .....

Universidad de Deusto
Biblioteca

I. H. S.

Siglo 16 Año 1539. Tabula seu index atque compendium omnium sententiarum D. Thoma Aquinatis a R.P.F. Petro Bergomensi. Venetiis apud haeredes Luc. Iunta. (Archivo de Loyola)

Vitrina C
45

TABVLA

SEV INDEX ATQVE COMPENDIVM, & epilogus omnium sententiarum Diui Thomæ Aquinatis, per conclusiones resolutas, quæ in omnibus libris, vel commẽtariis eiusdem, diffusius continentur, atq; tractantur: prout dudum à reuerendo patre fratre Petro Bergomensi, sacrę theologię professore clarissimo, cęterisq; similiter optimis theologię professoribus coactum fuerat opus & auctum. Nunc vero iam tertio, etiam pluribus accessionibus (vt passim in libro p asteriscos ostenditur) omnium vsibus exhibetur. Additis, emendatisq; ac completis, & ad verum sensum deductis ijs, quæ in aliis perperam haberentur. Adiectis etiam locis, in quibus sibiipsi sanctus doctor contradicere videatur cum mirabili doctorum consensu.

Demum scripturarum sententię quas Diuus doctor interdocendum, siue in propriis libris exponit ad numerum, fideliter inducuntur.

Habet ad vsum cum licentia sup. fr. Josephus Garzia Ord. Prædic.



Venetiis apud hæredes Lucæantonij Iuntæ Florentini, M D XXXIX.

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD REVERENDISSIMVM AC ILLVSTRISS. D. D. HERCVLEM Gonzagam Mant. S. Ro. Ecc. Cardn. digniß. patrem ac D. sibi obseruantißimum, frater Vincentius Giacharus Lugiensis, ordinis prædicatorum regularis ũtæ, humili commendatione præmißa, feliatatem.

HOminum genus, ideo cum Deo atq; diuinis, cognatam habere naturam, ex eo præcipue animaduertere possumus, quod quibus ualet uiribus & studijs; & natura & actibus, propria diuinitatis ipsius, in eo præcipue nititur imitari, quo nullius, quantum fieri posit, indigeat. Etsi enim pius parens Deus, omnia in ipsis rerum initijs, bona & pulchra ualde produxerit, quo tamen seruaretur quanto interuallo, creator à creatura seiungitur, sic omnia rursus alienæ uirtutis atq; subsidij indiga in esse constituit, ut nihil sibi, pro uitæ etiam propriæ conseruatione sufficat: quod præcæteris, in usu uitæ hominum possumus experiri. Quo enim maiori quisq; dignitate præfulgeat, eo pluribus & maioribus indigere cognoscatur. Victum quippe, & eum necessarium, non utiq; uoluptarium, homo pauper exquirit & optat: quæ autem sunt in orbe uniuerso, quibus ut subsidiarijs auxilijs, summi homines non indigeant, quandoquidem nec ipse orbis uniuersus, plerunque uideatur eis posse sufficere? Solus autem omnium parens Deus, eo caret incommodo. Nimirum ipse sibi sufficit solus; cum ille solus per seipsum, ipsa sit essentia bonitatis, fonsq; bonorum: de cuius plenitudine, & bene esse omnia susceperunt, & esse. quemadmodum enim omnium est essendi principium, ita & omnium ultimus finis, atq; perfectio. Quod si communis hæc omnium indigentia, in his patenter appareat, quæ mater natura, omnibus passim pro uitæ communis propagatione, atq; subsidio, subministrare non desinit, quid de illis artibus dicendũ erit, quæ uigilanti studio, tantisq; laboribus, uix ab homine, multo etiam tempore conquiruntur? & tamen in talibus rebus, nostræ naturæ, decus & splendor attenditur, atq; diuinitas: quam tanto encomio extollendam colendamq;, summi philosophi docuerunt. Et ideo si tanta necessitate, ex insita, immo & patenter, in lege præcepta charitate, humanam societatem, pro cõmodo mortalis uitæ, tam frequenti bonorum uicißitudine, mutationeq; officiorum, dando & accipiendo, foueretubemur, quid æquo animo sentire debemus, de actibus, ac subuentione uitæ illius, per quam mortalia quæq;, magno interuallo transcendimus, & diuinis melioribus (deo parente liberaliter nobiscum agente) feliciter assequendis, aptamur? Summa igitur ope, summo cum ingenio, animoq; uiribus annitendum, ut talia inuicem exhibeamus obsequia, talia humamtatis officia impendamus, quibus ab animis nostris, faaliori, atq; cõmodiori tramite q̃ fieri posit & deceat, proprias inuicẽ releuemus inopias. Et ideo qui à natura, uel arte magistra, seu melius quippiam, supra dignitatem naturæ, ab ipso parente deo, ex diuinis talentis, aliquid se accepisse perpendat, quod sibi in hoc optimo bonorum genere profuerit, statim, id cõmunicandi alijs indigẽtibus, necessitatem se habere a cõmuni charitate cognoscat. Natura enim boni est, in omnes, nedum in quosdam q̃tum fieri posit, seipsum effundere. Quo enim uniuersalius, eo esse diuinius iudicatur. Peruersi uero animi atq; inuidi cordis, prophanum & execrabile uitium est, cum quispiam, bonum quod, quouis munere fuerit assecutus, in seipso reconditum ac obstrusum, sic abscondere nititur, ut solus habere uelit, quod absq; iactura donantis, immo cum lucro rerum & laudis, poterat alijs cõmunicare, immo plurimos ditare, si uellet. Sæpe enim fit ut plus munerator accipiat, quàm ille cui collatum fuerat beneficium: cum (Christo domino teste) dare, magis quàm acãpere, dicatur esse beatius. Sed ad id muneris exhibendi necessitudinem, ille maiori umculo stringitur, qui, si boni quippiam in hoc genere habeat, id beneficio Dei parentis, ea cõmunionis ratione donantis, ac studio aliorum, acceperit. Ea enim ratione pius & liberalis parens, munera, ac talenta sua distribuit atq; dispensat hominibus, ut ea cum usuris alienæ utilitatis multiplicata, suscipiat. Qui igitur ab ipso primum, Deo optimo maximo, hinc & ab alienis studijs, exercitio, ac industria, siquid boni in me forsitan esse posit, accepiße me, animo gratias agente, confiteor, etiam si minimum quippiam illud existat, id tamen debeo studiosorum usibus, charitate urgente, humiliter ac fideliter exhibere. Quod & si his diebus, editis quibusdam opusculis, cum in theologia, tum in iure, uix attentare præsumpserim, supersintq; in sacris literis tractatus (Deo propitio) rursus edendi, uisum tamen est necessarium esse magis, indicem siue compendium omnium, operum diui Thomæ Aquinatis, à plurimis optatum, nouis typis, & cõmodiore figura, multis tandem laboribus, atq; uigilijs locupletiori emendatione ditatum, omnium usibus, in studio assequendæ ueritatis desudantium, alacri prius & grato animo, utiliter præparare. Nihil quippe hoc opere utilius, his præsertim diebus, amatoribus ueritatis, dari potuisse opinor: quandoquidem in eo, qui uelit, cuiuscunq; rei, reßolutam ueritatem, ad primum intuitum, ordine alphabetico, statim posit inuenire quod optat. Si uero diffusiorem doctrinam, & iura dicendi, prolixius quærat, atq; lucidius, ut copiosißimus index, loca singula ex libris atq; tractatibus eiusdem sacri doctoris, proprijs numeris, nominibusq; librorũ ostendit. Quocirca, si cuipiam (ut moris est) dicandum fuerit opus insigne, cui aptius illud q̃ tuæ celsitudini, optime Præsul, posit inscribi, non uideo: cum tu præsertim, sancti doctoris nostri, probatißimam ueritatem, tam pio studio amplectaris & foueas, tam grato animo suscipias & colas, & tam perseueranti labore secteris atq; defendas: eaque ratione, ordinem nostrum, sed præcipue nostram prouinciam, uerarum peritia literarum, ac bonorum morum obseruatione conspicuam, tam munifico ac familiari complectaris affectu, subsidijs dones, fauore munias, pia charitate, tanq̃ in uisceribus animi amantis, ipse contineas: quo fit ut omnes, etiam apud clementiam tuam, nec fãe cognoscentes, nec cõgniti, eam benignitatem, ubicunq; fuerimus, læto animo semper & uenerari debeamus & colere. Vnum enim corpus existentes, beneficos partis, tanq̃ totius, & sigillatim omnium, gestamus in corde: & qui refragante pauperie, in rebus compensare non posumus, saltem amanti corde, pia dona cum donatore suscipimus, uerisq; literarijs titulis, optimos bonarum literarum cultores & morum, q̃tum posumus, honorare contendimus. Amplo igitur & magno animo, suscipiat amplitudo dignitatis tuæ, Reuereñ. atq; Illustriß. princeps, non quod ab exiguo ac ignoto familiæ prædicatoriæ homunculo, tuis titulis additur; sed & promptitudinem animi cupientis (si liceat) clariora conferre, tua benignitas dignetur amplecti. Nec id quidem ex meipso tantum, sed ab omnibus nobis, tuo nomini maiora debentibus. Dat. Venetijs. M. D. XXXIX. Die.

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD SYNCEROS CANDIDOSQVE THOMISTICAE DOCTRINAE; immo veritatis ipsius pio studio sectatores: Frater Vincentius Giacharus Lugiensis: ordinis prædicatorum regularis vitæ: pro introductione ad lecturam & vsum præsentis operis, præparatio.

Pla. ad archi. tarent. 1. Cor. 10. 12. & Eph. 4

CVm non nobis tantum natos nos esse: ipso rerum experimento didicerimus: sed ortus nostri, partim parentes & patria, partim & amici sibi vendicent, iurę naturę, in qua nos quasi vnum corpus esse & inuicem membra (diuino etiam Apostolo testante) cognoscimus & fatemur: omnibus animi viribus & studiis, eo semper debemus intẽdere, quo cæteris omnibus, quos naturæ huius cõmunis consortes esse nouerimus: per humanitatis, immo & charitatis officia, prodesse quantum omnium autor bonorum cõcesserit, studeamus: prę cipue autem ad tuendam, foueãdamq; intellectualẽ eminentiam: per quã homo a philosophis:

Orpheꝰ, in himn. Mercuriꝰ in pim. c. 12. Plato. 1. de leg.

μικρόκοσμος: diuinunq;, & audentissimę naturę miraculum, atq; mortalis deus est apertissime iudicatus. Per eam enim a corporeis omnibus magno interuallo seiungitur, & illa transcendit: dum præsertim per diuinitatis auxilium, diuinis ipsis contemplando & amando inseritur: sic vt immortalis deus semperq; beatus: non nascendo sed participãdo, fieri possit per gratiã: quod fieri non poterat per naturam. Est autem pius parens deus, fons & origo bonorum: omniumq; rerum causa & essendi principium atq; finis: quo intelligamus, non ui aut metu: sed ipsius naturæ impulsu, omnia in ipsum esse conuersa, occulta quędam persuasione, rebus ipsis inserta: quo suauissimum boni ipsius imperium in rerum vniuerso esse noscatur: ratione cuius ipse etiam

Aristo. 12. Met. t. 36. 37.

Arist. de modo principij primi quo mouet: atq; in sese omnia conuertit ductu spontaneo: dixit κινεῖ δὲ ὡς τὸ ὀρεκτὸν, καὶ τὸ νοητὸν. Et rursus infra κινεῖ δὲ ὡς ἐρώμενον. Cum autem inter cętera oia quę scire cupiat humanus aius, sed & alia quęq; ad deũ pertinẽtia, hoc prę sertim (qua videlicet ratione atq; virtute, aios humanos prę cipue, nõ ui, sed amore, volentes trahat ad se, atq; conuertat) omne studium in nobis concitet & accendat: sitq; suapte natura hoc mirabile negotium, humanis viribus impossibile: nisi fortassis ille sua clemẽti bonitate seipsum nobis osteꝫ

Plat. 6. de re pu.

derit: quo eum in suo lumine contemplemur: quemadmodum nec ipsum sensibilem solem, in alieno splendore possumus intueri: ita & solem ipsum intelligibilem, omni claritate maiorem: acies creatę mentis, proprio ingenio metiri non potest, nec sufficit sustinere. Ideo nostri miseratus erroris pius parens deus: id multifariam liberali bonitate sua, clementer ad salutem generis nostri, nunquam adimplere destitit, nec desistit; quo perspectiua hominis virtus, seipsa ad di-

Aristo. 2. met. t. 1. Psal. 18.

uina capescenda, imbecillis atq; inualida: & quę iure, nycticoracis oculis comparetur, verũ illud lumen quod sit lucerna pedibus nostris, illius beneficio feliciter assequatur: hoc etiam post miserabilem parentis primi ruinam, beatissimorũ spirituum ministerio: unde rursus per patriarchas atq; prophetas: tandem vero per seipsum Christus impleuit: qui & idem postremo, & maiore quidem miraculo, persequentium patrum, his etiam diebus nostris: ex incõtaminatis literis veritatis, conspicuas & apertas; perq; veras eruditorum sententias, potenter exequitur atq; clemẽter: quos nimirum ad hoc ipsum, diuino spiritu affiatos: tanquam luminaria mundi, ad generis humani tractandam, procurandamq; salutem: incredibili, sapientissima item prouidentia, esse disposuit, parauit, atq; cõstituit. De quorum numero, Diuus ille doctor Aquinas effulsit; cuius doctrinarum splendore, mundus vniuersus, pulsis prorsus errorum inuolucris atq; turbinibus; tanquam iubare diuino clarescceret. Omnium enim hæresum radices & motus: pia ac sufficienti doctrinarũ veritate sic curauit auellere, vt per doctrinas illius, quilibet (suffragãte deo) omnia

Vrbanꝰ. vi. Vniuersitas Parisiensis. Innocẽtiꝰ.

hereticorum machinamẽta possit euertere. Vnde doctrina illius, per sanctam ecclesiam Christi: omnifariam & vbiq;, probata, & dignis encomiis laudata inuenitur atq; sancita. Qua occasione summus, & doctissimus pont. Innocentius, in eo sermone, cui est initium. Ecce plusquam Salomon hic. Tale perhibuit testimonium doctrinę veritatis illius, ita inquiens. Huius doctoris sapiẽtia, prę cęteris (excepta canonica) habet proprietatem verborum, modum dicendorum, veritatem sententiarum: ita ut nunquã qui eum tenuit, inueniatur a tramite veritatis deuiasse. Et qui eum impugnauit: semper fuit de veritate suspectus. Cum igitur sanctissimi huius viri sapientia, tantę, tamq; vniuersalis vtilitatis vniuerso mundo esse noscatur: tum ex humanę philæ peritia, quam humanum ingenium capere (natura duce) possit & cupiat: quo rerũ naturas & conditiones quantum fieri possit, ediscat; tum ex veris morum documentis: quibus humanę vitę digni-

tas agnoscatur: Tandem (quod prę omnibus optatur: & quęritur) ea quę ad notitiam pertinent diuinorum: cœlestium videlicet corporum, separatarũq; mentium; & (quod est mirabile dictu) summi ipsius infiniti atq; incõprehensibilis dei, & sacramentorũ illius faciant optabilẽ euidentiam, quãtum mens humana capere queat: doctor iste diuinus, nedum in seipso est assecutus: sed & alios omnibus: hoc immensum pelagus vera & facili sapientię suę traditione: tenui etiam cimba, ideſt pusillo ingenio, permeabile reddidit. Adeo enim clara, expedita, resoluta, atq; cõspicua suarũ doctrinarũ induxit eloquia, vt quod dudum ab excellenti ingenio, vix multis sudoribus exquirebatur, nunc quilibet, non vsq; adeo insanus & hebes, vt in fontibus ipsis (vt aiunt) imbecillis inualiduſq; delinquat, placido, suauiq; fluxu, doctrinarũ illius fluenta emanantia, valeat lętus haurire. Quia tamẽ humana imperfectio: & si vigeat intellectu, non tamen vnico illius actu, intelligibilia queq; cõplectitur, & tantum potest per sermonem exprimere, quantũ mente concipere, ideo si plura, homo, omni etiam doctrinarum genere peritissimus, voluerit explicare sermone, multis vti verbis atq; diuersis necessarium habet. Dei quippe solius est proprium, vnico actu intelligibili; & vnico, eoq; simplicissimo verbo, seipsum & omnia simul cõplecti & dicere. Multa igitur dicturus atq; docturus doctor angelicus, multis verbis atq; sententiis, diuinã, simul & humanam philam, in scriptis multis expressit; ita vt ex doctrinis illius, plurima volumina implerentur. Sed quia doctrinæ, quo breuius, cõpendioſiusq; traduntur, excusso prolixitatis fastidio; sumuntur auidius, ac operosius retinentur: ideo hanc proprietatem quã dudum a sapientibus Grecię, optatam quęsitãq; fuisse cognoscimus, diuinus doctor, diuino munere, ita est mirabiliter assecutus: vt nihil inordinatũ, nihil superfluum, nihil diminutũ, eius mirabilis doctrina contineat. Sit ergo breuis, taliq; ordine procedat in singulis libris suis, vt ex prędcedẽte tractatu: mirabili ordine videatur oriri, necessarioq; nexu pendere quod sequitur, nõ tamen potuit omnia vno verbo cõplecti. Operępretium igitur fuit, ex tãtis doctrinis illius, vnũ cõfiare cõpendium: nedum indicem, seu tabulam (vt aiunt) in qua omnia dicta, seu resolutę sententię illius, breui schemate ante ipsos oculos, cõmodissime haberentur. Quod & dudum doctissimi patres nostri, operoso studio sunt exorsi, idemq; per tempora, mirabile, vtileq; per patrum diligentiam, incrementum accepit; quoad demum ad manus nostras, opus insigne, multis laboribus emendandũ, multisq; similiter incrementis locupletandũ aduenit, sicq; iam tertio typis excusum, diu expectatum, vtilitati piorum fideliter traderetur. Aggressi sumus arduũ negocium, viribus licet impariibus, de diuina prorsus largitate confisi. Non eo vtiq; animo, vt alienos labores temerario iuſtoq; ausu, mihiipsi velim ascribere, sed pio studio potius factos illustriores, demptis prioribus mendis, vt fieri potuit (quantũq; sufficere ac dare potuit ingenioli mei, reiq; literarię paupertas, & operosissime inuigilans ad imprimendũ quã emendatius vtiliusq; fieri potuerit, excudentiũ diligentia) omnium vsibus, tam vtile, ac egregium opus, in hac cõmodiori forma curaui contradere. Erat autem, non ignauia quidem, uel imperitia patrum, sed excudentiũ vitio, diuinũ hoc opus, mendis multis ita consperſum, vt quędam sententię affirmarentur quæ negari debuerant, quædã vero econtrario ponerentur. Erant rursus perfractę multę atq; concisę sententię, adeo vt sensum plenum, uel non redderent (vt decet & congruit) vel confunderent. Et ideo (vt facile est inuentis addere) eas quantum licuit aduertere, vel cognoscere, ad plenum sensum curaui deducere: prout sancti patris doctrinæ requirebat integritas. Quæ omnia, paruulo asteriſco iussimus prænotari, cum prędcipue notabiliter fuerit facta mutatio, seu sententię plenioris additio: quod pari schemate in cõclusionibus additis est seruatũ. Minutias autẽ verborum seu minores emendationes non duximus eo stigmate prænatandas, ne curiosi & apparentię potius, quã vtilitati legentium consuluisse videremur. Ne insuper: superfluis verbis liber: & absq; vlla prorsus vtilitate impleatur: ea nomina, quæ in fine prioris impressionis posita fuerant: censuimus in hac recẽtiore, nõ esse ponẽda. Per alphabeticũ quippe ordinẽ, p totã tabulã, suis locis habẽtur.

Abrasimus etiam literas quasdam maiusculas: quę passim in marginibus habebantur, cum maximam confusionem intuentibus facerent potius quã vtilitatẽ: his præsertim qui parũ gnari essent mysterii literarum. Significabant enim doctrinam earũ conclusionũ, quibus literę huiusmodi fuerant prænotatę: ad eundẽ pertinere tractatum, singulariter in ordine conclusionũ inductũ & ordinatum: vbi ex proposito de eadem materia cõmuniter agebatur. Quod sub vno ponetur exemplo: quo cętera clarius inducta signentur. In tractatu enim de Angelis: sunt ad summã: conclusiones omnes numero. 633. quibus tota materia de Angelis coiter intelligitur esse tractata.

Sunt autem in ea cõitate, multa ſpecialiter pertractanda; ſecundũ rationes diſtinctas: quę de natura & actionibus angelorũ ordine doctrinæ locantur: quo facilior eſſet poſitorũ inuentio. Sicuti eſt. ESSE. / PRODVCTIO. / ESSENTIA. / Et alia ſimiliter: quę p propria verba ponebantur in margine: & eis quędã litera maiuſcula pręponebatur. Vt ante. Eſſe. ponebatur. E. ſic. / E. Eſſe. / De eſſe autem Angeli tractatur vſq; ad verbum. Productio. Cui pręponebatur litera. P. hoc modo. / P. Productio. / Et ita in aliis: vt quilibet per ſe poteſt aduertere in omnibus. Contingit tamen frequenter nedum in ſingularibus ita notatis tractatibus, ſed etiam ſparſim in toto cõmuni tractatu: de eadem ſinguları materia, ſermonem in diuerſis concluſionibus haberi. Et ideo ut id etiam faciliter inueniretur, ea litera maiuſcula, ante concluſionẽ eandem ponebatur. Sicut de eſſe angeli tractatur vſq; ad verbum. productio. ſexdecim ordinatis cõcluſionibus: tamen in. 27. 31. 41. 43. 45. & ſic de aliis: quæ ultra eum numerum habentur, de eſſe angeli ſermo ad perquirendũ & inueniendum optatus, inducitur. Et ideo ibi litera. E. & alibi ſimiliter prænotatur. Nos autem quo facilior & clarior eſſet earum concluſionũ inuentio: & ſtatim quod quęrebatur occurreret, eas primo dictiones capitales, in literis maiuſculis, in corpore tabulæ ſeu indicis huius: in ſuo ordine collocauimus: Quibus etiam dictionibus (dimiſſis eis literis maiuſculis) numerum tantum cõcluſionũ per eas deſſignatũ addidimus: hoc modo. ESSE. / 27. 31. 41 43. 45. &c. Et ita per ordinem numeralem: ſicut illę, vt præfertur, literæ deſignabant: omnes concluſiones in quibus de eſſe angeli fit mentio ſuis, ſub verbo eodem. ſ. ESSE. propriis numeris annotauimus: prout quęrendo per ſe diligens lector poterit inuenire. Et ita etiam de dubiis, ſiue illorum ſolutionibus in concordantiis, pro eorũ modo, voluimus obſeruare.

¶ Pro notitia autem plurimarum allegationum hoc in libro in ſe quidem ſub compendio impreſſarum ſeu ſub breuitate literæ ſcriptarũ: ſed tamen ad vnã & eandem concluſionem multiplici de cauſa ſub multitudine poſitarũ (vt. ſ. lectoribus atq; prædicatoribus detur uia & promptitudo difficultandi materias: atq; facilius intelligendi concordantias diuerſarũ cõcluſionum Diui doctoris Thomæ: qui ſacram ſcripturã immitatus pro poſſe: de qua ipſe ait: q nihil cõtinetur ſub ſenſu ſpirituali, neceſſarium fidei, quod ſacra ſcriptura non tradat alicubi manifeſte per ſenſum literalẽ: & qui etiam a ſimili de beato Dionyſio ait, q multoties Dionyſius vtitur quadam multiplicatione verborum, quæ licet ſuperflua videatur, tamen diligenter cõſiderantibus, magnam ſententiæ profunditatem, continere inueniuntur, id quod vno in loco aliquando obſcure, atq; ſub breuitate ſibi innata, Diuus Thomas dicit, alio in loco clarius & diffuſius ponit.) ſciendum eſt, q ubi in hac tabula ſcribitur uel imprimitur ſic. 1ª. intelligitur illud eſſe in prima parte operis ſui in theologia, ſiue in prima parte ſummę totius theologiæ. 1ª 2ę. in prima ſecundę. 2ª 2ę. in ſecunda ſecundę. 3ª. in tertia parte. 1. d. in primo libro ſniarũ, diſtinctione tali. ſ. ſecundum numerum qui ſemper immediate ſequitur illud cuius eſt numerus. 2. d. in ſecundo ſententiarum, diſtinctione tali. 3. d. in tertio ſententiarũ, diſtinctione tali. 4. d. in quarto ſententiarũ, diſtinctione tali. q. quęſtione tali. ar. articulo tali. Et ſi repetatur. q. antequã ſequatur virgula talis / quæ ſtat ibi pro Item: & quæ diſtinguit vnam allegationem ab alia: circa eandem cõcluſionem, tunc intelligitur. q. q̃ſtiuncula tali. a. in argumentis pro prima parte articuli. b. in argumẽtis pro alia parte articuli. c. in corpore articuli, ſiue in reſponſione principali. d. in reſponſione ad argumenta eiuſdẽ articuli: Vel fiet. m. ſupra numerũ argumenti ſic. 1m. 2m. 3m. ĉ. / L. 2m. in expoſitione literæ magiſtri ſniarum notabili ſecundo / Lec. lectione tali. O. per totum. Prin°. in principio. fi. in fine. Co. Colũna tali. ſ. partiali, ſm modum ſcribentium ſeu imprimentiũ / ꝫ. in ſumma contra gentiles. Li°. libro talį. C°. Capitulo tali. 3m. in notabili tertio eiuſdẽ capituli / Ver. in q̃ſtionibus diſputatis de veritate / Poª. in q̃ſtionibus diſputatis de potentia dei / Maª. in qõnibus diſputatis de malo / Virt. in qõnibus diſputatis de virtutibus in cõi / Vnio. in qõne diſputata de vnione verbi incarnati / Spũ. in qõne diſputata de ſpiritualibus creaturis / Aĩa. in qõne diſputata de Aĩa / quol. quolibeto tali. Opuſ. Opuſculo tali. ſ. ſm ordinem & numerũ opuſculoꝝ, prout in eodem opuſculoꝝ libro notant in ſuo ordine / Iob. in expõne eius ſuper librũ Iob. Pſal. in expõne eius ſuper pſalterium Dauid prophetæ. Iſa. in expoſitione eius ſuper Iſaiam. Matth. in poſtilla eius ſuper Matthęum. Io. in poſtilla eius ſuper Ioannem. Ro. in expoſitione eius ſuper epl'am beati Pauli apoſtoli ad Romanos. 1ª. Cor. in expoſitione eius, ſuper epl'am primam ad Corinthios. 2ª. Cor. in expoſitione eius ſuper epl'am ſecundã ad Corinthios. Et ſimiliter fiũt allegationes aliarum epl'arũ beati Pauli, prout cõiter abbreuiatę ſcribuntur ſeu imprimuntur. Dionyſius in Cõmento vel ſcripto eius, ſup Dionyſium de diuinis nominibus. Tri. vel Trin. in expoſitione eius ſuper Boetium de Trinitate: ſiue Opuſculo. 70. Ebdo. in expoſitione eius ſuper Boetiũ de Ebdomadibus. ſ. de editionibus ſiue conceptionibus, vel Opuſculo. 69. Cauſis. in Cõmento eius, ſu per cõmento Procli, in librum de cauſis. Ethi. in Cõmento eius ſuper decem libros Ethicorum Ariſtotelis. Met. in Cõmento eius ſuper duodecim libros Metaphyſicę Ariſtotelis. Phy. in Cõmento eius ſuper octo libros Phyſicorũ Ariſtotelis. Ce. in Cõmento eius ſuper libros de Cœlo & mundo. Geñ. in Cõmento eius ſuper libros de generatione. Anima. in Commento eius ſuper libros de anima. Metau. in commento eius ſuper libros Metaurorum. Senſu, in Commento eius ſuper librum de ſenſu & ſenſato. Memoria, in Commento eius ſuper librum de memoria & reminiſcentia. Som. in Commento eius ſuper librum de ſomno & vigilia. Poſter. in Commento eius ſuper libros poſteriorum. Perihermenias, in Commento eius ſuper libros perihermenias. Sciendum eſt etiam, q hoc in libro, ſuper vna & eadem concluſione, ex diuerſis aliquando libris collecta, cõtingit q̃plures pro maiori notitia rei inueniendæ, adduci allegationes, vt præmiſſum eſt, ſm tamen ordinem librorum Diui Thomæ, & Opuſculorum eius. Vbi igitur in illis allegationibus ponitur. O. intelligitur q ibi per totum, quaſi ex principali propoſito determinatur de illa re, ſiue de illa materia, de qua in illa concluſione principaliter eſt ſermo. In alijs autem allegationibus ibidem adductis, plerunq; de illa materia fit mentio incidenter tantum.

¶ Nec eſt prætereundum, q in multis allegationibus librorum principalium ſancti doctoris, ad ſingulos tractatus eorum quæ inducuntur, ſubinferuntur ſtatim quædam nomina in alijs locis tabulæ huius, in ſuo alphabetico, ordine pertractata, cum diuerſis numeris poſt illa deſignatis, quandoq; tantum habetur, o. Et primum quidem ſignificat ſub eo ordine, ad numerũ ibi ſignatum, accepta cõcluſione, eo numero prænotata, de illamet concluſione cui annectebatur dictio talis, mentionem haberi. Qñ vero habuerit, o, per omnes cõcluſiones eiuſmodi nominis, ſi plures extiterint, de eadem cõcluſione cui ſequitur, aliquid inducitur. Vt patet per exemplum in tabulæ ipſius initijs. Ita enim incipit. A, præpoſitio denotat etc. qua completa, nomen libri, & locus vbi de ea re tractatur, adducit, videlicet. 4. d. 1. q. 1 / etc. vel etiam plures plurium librorꝝ inductiones habentur / ſequitur poſtea ſtatim. Abraham. 6 / Accipere. o / Actor. 1 / Adoptio. 7 / Amor. 12. 17 / Et alia huiuſmodi ſimiliter hic & alibi deſignata. Vbi ſi petas dictiones eaſdem in ſuis ordinibus, vt habentur in tabula, & ad numerum, poſt eas dictiones deſignatum, ſm numerum concluſionũ dictionis inductæ, ibi inuenies de. A. præpoſitione, aliquid tractari. Quod etiã obſeruandum eſt in ſingulis per totam tabulam deſignatis. Quando autem erit. O. ſignificabit in omnibus concluſionibus ſub ea dictione poſitis, aliquid ad propoſitum eius concluſionis haberi. Plerunq; etiam ponũtur aliqua nomina in ordine alphabeti, quibus immediate non ſegtur numerus, neq;. o. ſed alia nomina cum hmõi numeris. etc. Vti eſt in exemplo. Abacuch. Agilitas. 4 / quære in tabula dictionem. Agilitas, ad. 4. cõcluſionem, & ibi inuenies, de Abacuch, eſſe tractatum. Idem & in ſequentibus. Abagarus. Imago. 42. Abbas. benedictio. 7 / Et in ſimilibus per totam tabulam habetur ſimiliter modus inueniendi, quibus & quantis modis, res & nomina diuerſimode, ac vtiliter pertractentur in doctrina doctoris Angelici.

¶ Rurſus eſt attendendum, q in hac tabula, poſt vnam concluſionem poſitam ad vnam partem, cum ſuis diuerſis allegationibus: in ſequenti concluſione, adducitur aliquid in oppoſitum, & ad aliam partem, & ſerioſe, aliquando diminute, ad difficultandum materias: etiam cum ſuis alijs allegationibus. Et cõiter ſcribitur, ſeu imprimitur ſic. Oppoſitum videtur dicere. Vel ſic. Immo etc. Et ideo pro maiori declaratione atq; concordantia illarum concluſionum, in quibus (prout ſibi a nonnullis imponitur) Diuus doctor Thomas ſaltem apparenter videtur in ſe, vel in ſuo ſimili, aliquando ſibi contradicere: poſt illas duas cõcluſiones, & poſt allegationes ibi poſitas, ibi immediate pro earum concordantia, quæ plerunq; fit per dicta eiuſdem Diui Thomę, ſcribitur vel imprimitur ſic. Rño. Duº. tali. ſ. reſpondeo Dubio tali, cum numero talis dubij vel concordantiæ ſm numerum dubiorum & ſm ordinem huius tabulę per Alphabetum. Et ſic fiet remiſſio ſub tali numero, ad numerum concordantiarum & dubiorum, atq; dictorum eius, quæ non diminute, ſed complete adducentur prout iacent in libris eiuſdem ſancti Doctoris. Quę quidẽ dubia poſt illas duas concluſiones aſſignantur, cum ſuo numero: & ponũtur in fine præſentis tabulæ, etiam cum ſuo numero, & cum ſuis allegationibus & reſponſionibus, dicta dubia concordantibus: eo maxime q idem Diuus Thomas, in ſe vel in ſuo ſimili in dictis ſuis ſeipſum ibidem declarat in libris ſuis, ſi bene atq; diligenter ibidem inſpiciatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cisti sunt libri, quos cõposuit Diuus doctor, Sanctus Thomas de Aquino, sacri ordinis fratrum prædicatorum: sm ordinem & numerum prout allegantur in præsenti tabula.

Prima pars summę totius theologiæ, continens.q.119.& articulos.585.
Prima secundę, continens.q.114.& articulos.620.
Secunda secundę, continens.q.189.& articulos.917.
Tertia pars, continens.q.90.& articulos.532.
Primum scriptum eius, super primum librum sententiarũ habens distinctiones.48.q.97.articulos.293. & quęstiuncu las.389.
Secundum scriptum sententiarũ, habens distinctiones.44. q.70.ar.264.& quęstiunculas.353.
Tertium scriptum sententiarum, habens distinctiones.40. q.89.ar.271.& quęstiunculas.542.
Quartum scriptum sententiarum, habens distinctiones.50. q.508.ar.980.& quęstiunculas.1452.
Sũma cõtra gẽtiles, habens libros quatuor & capitula.464.
Liber qui dicitur quęstiones disputate de veritate, habens.q. 29.& articulos.240.
Quęstiones de potentia dei, habens.q.10.&.ar.83.
Quęstiones de Malo, habens.q.16.& ar.97.
Quęstiones de virtutibus in cõi, habens.q.5.& ar.21.
Quęstio de vnione verbi incarnati, habens.ar.5.
Quæstio de Spiritualibus creaturis, habens.ar.12.
Quęstio de Anima, habens.ar.21.
Quolibeta vndecim, quorũ qõnes sunt.100.& articuli.210. Sed secundum aliquos, eius quolibeta sunt tredecim, quorum articuli sunt.247.
Quęstiones eius de vniuersalibus.
Compendium theologię in cõmuni habens capitula.260.
Volumen opusculorum eius, habens libros.73. quorum nomina, ordo, & numerus in libro opusculo eius habentur.
Expositio sancti Thomę super librum sancti Iob.
Expositio super primos tres nocturnos psalterii Dauid.
Expositio super Cantica canticorũm Salomonis.
Expositio super Isaiam.
Expositio super Hieremiam: & super Trenos.
Opus aureum, siue cathena aurea, ex dictis aliorum sanctorum doctorum contexta, super quatuor libros euangeliorum in communi.
Postilla eius super Matthęum in speciali.
Postilla eius super Ioannem in speciali.
Expositio eius super omnes epistolas beati Pauli apostoli.
Expositio super librum Dionysij de diuinis nominibus.
Expositio super librum Dionysij de Cœlesti hierarchia.
Collationes quadragesimales.
Sermones dominicales & festiui.
Scriptum eius super cõmentum Procli philosophi in libros de Causis.
Scriptum super decem libros ethicorum Aristoteles.
Scriptum super octo libros politicorum.
Scriptum super libros Iconomicorum.
Scriptum super duodecim libros Metaphysicę.
Scriptum super octo libros Physicorum.
Scriptũ super duos libros de Cœlo & mũdo cũ parte tertiꝭ.
Scriptum super duos libros de generatione & corruptione.
Scriptum super quatuor libros Meteororum.
Scriptum super tres libros de Anima.
Scriptum super librum de Sensu & sensato.
Scriptum super librum de Memoria & reminiscentia.
Scriptum super librum de Somno & vigilia.
Scriptum super duos libros Posteriorum.
Scriptum super duos libros Perihermenias.
Scriptum super librum Porphyrij.

Explicit numerus librorum Diui Thomę Aquinatis, Sacri ordinis fratrum prędicatorum.

¶In hoc etiam libro, post tabulam & cõcordantias, ponuntur sacræ scripturæ autoritates: tam noui, q̃ veteris testamenti: quas idem Diuus Thomas in libris suis, præcipue in theologica facultate, licet aliquando incidenter, aliquando vero ex proposito, diligenti ac vigilanti studio, nobis sm catholice fidei veritatem exponere dignatus est. Quæ autoritates, ponũtur sm ordinem librorum atq; capitulorꝫ eiusdem sacrę scripturę, cum allegationibus eiusdem Diui Thomę in libris suis. Vbi etiam aliqñ quo ad allegatiões, fit remissio vnius autoritatis, ad aliam superiorem autoritatem vel inferiorem: eo ꝙ vel ibi eadem autoritas in se declaratur, vel in suo simili.
¶Hæc paucula volui annotasse, quibus facile omnes in lectione, ac vtili vsu tabulæ huius, possint induci; vt demum quisq; candidus lector lætus accipiat, unde seipso semper in literario negotio, doctior fiat & melior. Veritas enim quę maxime in doctoris huius libris purissime tractatur, aurea est (teste Platone) productio, duxq; optima vitæ hominis ad diuina tendentis, quo tandem fiat summæ veritatis beata possessio, & felix assecutio deitatis. Vale.

TABVLA IN LIBROS

OPVSCVLA, ET COMMENTARIA DIVI THOMAE

Aquinatis cum additionibus conclusionum: & suis concordantiis atq; diuinæ scripturæ autoritatibus per eum iuxta catholicæ fidei veritatem expositis, ab eximio doctore fratre Petro de Bergomo ordinis prędicatorum vitę regularis sacrę Theologię professore summis vigiliis in hunc ordinem redacta, & post primam & secundam editionem, iam tertio per alios eiusdem ordinis professores accuratissime recognita, emẽdata, ac locupletata.

A PRAEPOSITIO.

1 Prepositio deuotat principale agens: sed per prepositio denotat causam instrumentalem. 4.d.1.q.1.ã.4. q.1.c.fi. Abraham. 6. Accipere. 0. Actor. 1. Adoptio. 7. Amor. 12. 17. Angelus. 10. 17. 18. 59. Baliuus. Cognitio. 2. Compositio. 16. Deus. 38. 406. 435. Esse. 8. c. Aeternitas. 11.
2 A vel ab prepositio designat tantum habitudinem principij effectiui: sed per, prepositio designat habitudinem cuiuscunq; causę. 1.d.32.q.2.2.c./.L.1m./.d.42. l.fi./. Postq. &c. 11. princ. Eua. 1. Finis. 16. Idea. 25. Imago. 1.3. Missio. 4. Mundus. 20. Moneus. 4.c. Notio. 13. 14. Oratio. 73. 89. 96. Ordo. 31. Pœnitentia. 19. Persona. 19. Politia. 1. Possibilitas. 1. Principium. 1. 2. Processio. 29. Proportio. 9. Virtus. 109.
3 Omne quod est ab aliquo, est per illud: & non econtrario. 1.d.32.q.2.2.c.
1 AARON fuit sacerdos: & fuit põtifex. 1. princeps sacerdotũ. 4.d.24.q.3.ã.2.q.1.1m. Cõsecratio. 19. Maria. 4.
2 Filię Aaron poterãt nubere in qualibet tribu Israhel: quia non habebãt sortem in hereditate. 4.d.30.q.2.ã. 1.q.3.4m.
3 Aaron occulte punitus fuit propter conflationem vituli: vt prælati puniantur clam, ad euitandum scandalum. 4.d.46.q.2.ã.2.q.2.3m.
Abachuch. Agilitas. 4. Abagarus. Imago. 42.
Abbas. Benedictio. 7. Heresis. 99. 100. Inuestiri. Joachim. 0. Obedientia. 37.c. Religio. 71. Vsura. 248.
1 ABBATISSA non habet prælationem ordinariam. 4.d.19.q.1.ã.1.q.3.4m./.d.25.q.2.ã.1.q.1.2m. Clausi. 12. Monialis.
2 Inordinatum est: ꝙ nimis iuuenculę fiant abbatissę. 1c. Tim. 5. co. 3. fi. Presbytera. Sanctimonialis.
ABDICATIO rerum temporalium secundum præparationem animi. vt. s. homo sit paratus, si opus fuerit, omnia dimittere vel distribuere. ptinet directe ad perfectionem: non autem abdicatio rerum actualis, quia sic in ea non cõsistit essentialiter perfectio. sed est quoddam perfectionis instrumentũ. 12c. q.108.4.4m./.22c. q.184.7.1m. Abijcere. Abrenuntiatio Corona. 3. 4. Diuitię. 10. Obia. 12. Paupertas. 3. Perfectio. 73. Relinquere. Christus. 89. Abduci. Bonitas. 47. Raptus. 1. Virtus. 41. Vitium. 11. Abel. Aetas. 5. Eucha. 12. Sacramentum. 43. 143. Abesse. Absens. Accidens. 61. Disputatio. 6.
ABOMINATIO est actus appetitus refugiẽtis cognitionem alicuius rei. 3.d.26.q.1.3.c.co.2./.Ps.5.co.5./. Ps.13.co.2. Abhorrere. Animal. 74. Concupiscentia. 3. Detestari. Execratio. Malum. 64. Mi. 81. Missa. 4. Passio. 39. Peccatum. 198. Pefugere. Vitare. Abhorrere. Abhomiatio. Aial. 41. Cogitatio. 10.
ABIAS interpretat pater. deus. Matth. co. 13. Abiectio. Abiectus. Abijcere. Intellectus. 68. Passio. 1.2.3.
ABIECTVS. Christus voluit abiectos esse suos consanguineos & discipulos: ne eorum prędicatio ad aliqd terrenum commodum composita videretur: & ne salus mundi ascriberetur humanę sapientię aut virtuti. sed solum diuinę. Opus. 2. c. 7. co. 3. Abiectio. Abijcere. Damnatio. 42. Deus. 118. Religio. 90. Vestis. 6. Vilis. Abijcere temporalia dupliciter contingit. s. propter contemplationem diuinorum: & ne sensus inuoluatur eis. Primum significatur per rasuram clericorum: secundum vero per tonsuram. 4.d.24.q.3.ã.1.q.1.c./.2m./. q.3.c./.L.3m./. Opus. 65. c. 9. Abdicatio. Abiectio. Abiectus. Abraha. 27. Abrenuntiatio. Alteratio. 10. Expellere. Illuminatio. 5. Mi. 85. Motus. 22. 40. Oppositorium. 1. Passio. 1.2.3. Socrates. 1. Sponsalia. 3. Christus. 90. Abinuicem. Adiectiuum. 12. Amor. 239. Distinctio. 36. Inuicem. Politia. 1. Abire. Ezechias. 2. Recedere.
Abyssus. i. sine bysso. s. sine pulchritudine: vel sine basi. i. sine fundamento. 2.d.12.L./.Ps.32.co.6. Cœlum. 55. Mã. 14.
Abiurare. Eucha. 120. Heresis. 23. 24. Ablactatio. Tempus. 33.
1 ABLATIVVS constituitur in vi causę efficientis. ve

Universidad de Deusto Biblioteca

finalis.vel formalis: vel in vi effectus formalis. 1ª.q. 37.2.c./.1.d.32.q.1.1.c./.3.2m.Generatio.90.

2 Græci carent ablatiuis:ideo vtuntur genitiuis pro ablatiuis.Ro.2.lc.3.co.4.

ABLATVM vel male detentũ debet restitui. 4.d.15. q.1ä.5.q.2.o. Acquirere. Auferre. Baptũs.107. Circuncisio.7.12.43. Contrapassum.2. Decimę.27. Euangelium.4.Maria.13.54.Passio. 101.c. Prædestinatio.40.Reddere. Restitutio.o. Sanitas.7. Serpens. 4.Vsura.R.

ABLVTIO manuum in missa fit ad decentiam: & significat emundationem etiam a minimis peccatis.3ª. q.83.5.1m. Baptũs.57.156.192.231.246.248. Confirmatio.23.Euchaª.278.Lotio. Sacerdos.22. Sacramentum.124. Abnegatio. Fides.8.19. Hæresis.o. Abolitio. Accusatio. 27. Cessare.4. Circuncisio.7. 9.27.42.Lex.123. Liberare.o. Maria.34. Papa.3. Pœnitentia.10.

1 ABORSVS est graue peccatum.& inter maleficia computandum:& est contra naturam. quia etiam bestię fœtus expectant. Tamen est minus graue q̃ homicidium:quia adhuc poterat alio modo impediri conceptus. Nec est iudicandus talis irregularis: nisi iam formato puerperio.aborsum procuret.4.d.31.L.2m. Baptũs.140.141.142.Matrimoniũ.57. Occidere.16.

2 Aborsiuum dicitur fœtus nascens ante tempus debitum: vel fœtus vi eductus: vel non perductus ad debitam quantitatem secundũ Isidorũ.1ę. Coz.15.lc.4.fi.

1 ABRAHAM. PERFECTIO.17.19.20. 23.24.26.28. Fuit sacerdos.& prophęta 3ª.q.31.2.c./.8.3m./. Matth.co.4.fi. Circuncisio.3.14.15.27.Euchar.12.19.

2 Abrahã fuit pfectº.22ę.q.186.4.2m./.q̃l.4.q.12.2.3m./. Opus.18.cº.8.9.Experientia. 12.13. prophetia.88.

3 Abraham equaliter meruit in matrimonio, sicut Ioannes in virginitate.22ę.q.152.4.1m./.q.186.4.2m./. 4.d.33.q.3.3.5m./.Opus.18.co.8./.Matth.11. co.6./. Io.8.lc.5.co.1.fi./.1ę.Coz.7.co.19. Reuelatio.14.

4 Oppositum videtur dicere.22ę.q.152.4.1m./.5.c. ℣ Rnº.dubio primo.in fine huius tabulę conclusionum. ℣ Duº.1º.

5 Verum est q̃ Abraham equaliter meruit respectu præmij essentialis.non autem respectu accidẽtalis: quia meritum non solum pensatur ex genere actus: sed magis ex animo operantis. Habuit autem Abraham animum sic dispositum:vt paratus esset virginitatem seruare.si esset tempori congruum: ex quo meritum cõtinentię coniugalis in ipso equatur merito continentię virginalis in Ioanne.respectu præmij accidentalis.22ę.q.152.4.1m./.2m./.5.c./.ꝑ.3.cº.137.

6 Abraham est primum exemplum fidei tripliciter.s.primo recedendo ab infidelibus: primo credendo aliquid supra naturam:& primo accipiendo circuncisionẽ.1ª. q.1.2.2m./.7. 2m./.12ę.q.102.5.1m./.3ª.q.70.2.c./.4. d.1.L.lc.2./.d.45.q.1.ä.2.q.1.c./.He.6.lc.4.pnº.

7 PECCATVM./.Idolatria incepit tempore Abrahe 22ę.q.94.4.2m./.q.174.6.c./.3ª.q.70.2. 1m./.4.d.1.q. 2.ä.1.q.3.1m./.2m./.Ro.lc.

8 Abraham petens signum promisse possessionis, non tentauit deum,nec peccauit,22ę.q.97,2,3m. ℣ 8.co. 2./.He.7.co.2.pnº.

9 Abraham non fuit mendax:dicendo Saram sororem suam.22ę.q.110.3.3m./.4.5m./.q.111.1.1m./.3.d.38. 3.1m./.4m./.quol.8.14.fi.

10 Immo hoc quod dixit Abraha3:videtur mendacium. quol.8.q.6.4.2m. ℣ Rnº.Duº.20.

11 Absahã accedens ad ancillã suam,non peccauit.22ę. q.154.2.3m./.4.d.33.q.1.ä.3.q.3.o./. Gal.4.co.17.

12 Oppom.videt dicere.4.d.33.q.1.ä.3.q.3.o. Duº.3º. Rnº.sicut Dubio.371º. Concubinatus.3.

13 Abraham volens occidere Isaach non peccauit: quia debuit obedire præcepto dei.12ę.q.94.5.2m./.22ę.q. 64.6.1m./.q.104.4.2m./.q.154.2.2m./.1.d.47.4.o./. Poª.q.1.6.4m./.He.11.co.19.fi.

14 Oppm.videtur dicere. quia præceptum de non occidendo hominem.& alia præcepta decalogi,sunt omnino indispensabilia etiam a deo:vt patet.12ę.q.100. 8.o./.3.d.37.4.o. ℣ Duº.4º. Rnº.sicut dubio.518º. Luxuria.15. Mendacium.20.

15 Abraham emendo speluncam in sepulturam:non peccauit.22ę.q.100.4.3m./.4.d.25.q.3.ä.2.q.3.2m. Sepultura.4.

16 Oppm videtur dicere: quia sepultura est annexa rei spirituali.ideo emere eam vel vendere, est peccatum simonię.22ę.q.100.1.o./.4.1m./.2m./.3m./.4. d.25.q. 3.ä.1.q.110./.ä.3.c. ℣ Rnº.Dubio. 5º./.1127º.Simonia.3. ℣ Duº.5º.

17 Abraham emendo speluncam duplicem,non intendebat emere,nisi terrã cõem.Sed quia apud gentiles. loca sepulturę deputata religiosa reputabantur: si Ephron pro iure sepulturę.pretium intendit accipere. peccauit vendens,licet Abrahã non peccauerit emẽs. Vel excusaretur Abraham:quia in hoc redemit suam vexationem.Quãuis enim Ephron gratis ei sepulturam offerret:perpendit tamen Abraham,q̃ gratis recipere sine eius offensa non posset.22ę.q.100.4.3m./. 4.d.25.q.3.ä.2.q.3.2m.

18 CHRISTVS specialiter dicitur filius Abrahę & Dauid triplici ratione. s. quia ad hos specialiter de Christo repromissio facta est: & quia Christus futurus erat rex.propheta.& sacerdos:& quia in Abraham primo incepit circuncisio. & in Dauid electio.3ª.q.31. 2.o.Assumere.49.

19 Abraham fuit primus inter antiquos patres:quia accepit promissionem de Christo nascituro.3ª.q.70.2.c./. He.7.lc.4.pnº. Circuncisio.27. Eucharistia.12. Iudęi.2.

20 Promissio de Christo facta fuit Abrahę.non quidem propter meritum eius:sed ex gratia dei.12ę.q.98. 4.c.

21 Omnes descendentes ab Abraham decimati sunt in eo:præter Christum.3ª.q.31.8.o./.3.d.3.q.4.3.o./.4. d.1.q.2.ä.2.q.3.2m./.He.7.co.8.fi. Limbus.2.

22 IN COMMVNI./.Abraham dedit decimas Melchisedech summo sacerdoti,22ę. q.87.1.3m./.3.d.3. lc.2.L.2m.

23 Abraham adorauit angelos:inquantum apparentes in corporibus.quasi imaginibus repræsentabant trinitatẽ 1ª.q.51.3.5m./.3.d.9.q.1.ä.2.q.5.3m. Arabes.

24 Abraham iuste obtulit angelis cibos: quia credidit eos homines esse,in quibus tamen deum venerabatur: sicut solet deus esse in prophetis.vt Augustinus dicit.1ª q.51.3.5m./.2.d.8.4.1m.

25 Vis generatiua restituta est miraculose Abrahę:respectu Sarę:& respectu cuiuscunq; alterius mulieris.Ro. 4.lc.3.co.4.fi./.He.11.co.16. Sem. Templum.4.

26 Postq̃ perpendit Abraham, Saram esse sterilem: deseruit eam,quo ad actum coniugalem. Gal.4.lc.7.fi.

27 Abraham abiecit Agar & filium eius:ex dispensatione dei:propter mysterium.4.d.33.q.1.ä.3.q.3.3m.

28 Abraham improprie pœnitebit:q̃ plura bona non fecit.4.d.14.q.1.ä.3.q.3.5m.

ABRENVNTIATIO diuinatũ cõparatur eleemosynis: sicut vniuersale particulari:& holocaustum sacrificio.12ę.q.102.3.8m./.22ę.q.186.3.6m./.5.1m. Abdicatio. Abijcere. Cozona.2.4. Votum.69. Abbreuiatio.Via.1.

Abrogare:Cõsuetudo. 4. Lex.170. Absalon: Dauid.2. Abscidi.Caro.3. Nasus.

1 ABSCONDERE se potest iustus ꝓpter tria.s.vt prosequutor quiescat:vt præceptũ a dño opus perficiat:& vt gloriosiorem coronam acquirat. ℣ Opº.58.cº.8.

2 Abscondere debemus triplex bonum a fauore hominum.s.eleemosynam,orationem.& ieiunium. Opus 58.cº.8.

3 Absconditur decor corporalis tripliciter.s.per habitus vilitatem.per ieiuniorum austeritatẽ. & per boni operis assiduitatem.Opus.58.cº.8. Celare. Confessio.84.c.Dulcedo.8.Fornicatio.6.Iudei.31.Latere.Occultatio.Peccatum.25. Præuaricator. Sepultura.13.Vsura.126.

4 ABSCONDERE peccatum. cõtingit dupliciter.s.dum fit: & per negligentiam confessionis. Primum est remedium contra peccatum:quia peius est peccatum publicum:q̃s occultum propter maiorem contemptum:& propter scandalum.Sed secundum contrariatur pœnitentię.3ª.q.84.6.1m.

ABSENS Deus quantum in se est:nulli est absens. Sed homo a deo præsente se absentat.1.d.40.q.4.2. 4m. Abesse. Amor.223.225.261. Appetitus.3.27. Auersio.o.Doncupiscentia.2.Delectatio.37. Disputatio.6.Diuturnitas.Facies.1.2. Falsitas.9. Fornicatio.9.Longe. Manens.Nox.2. Patientia.3. Peccatum.121. Promulgatio.3.5. Prope.o. Sensus.18. 20.21.Temperantia.17.Voluntas.58.

ABSOLVERE. AGENS. 20. 22. 23. 26, 27. 28. 31. vsque. 37.39.

1 ABSOLVERE non potest non ordinatus.4.d.5. q.2.ä.1.q.1.o./.d.18.q.2.ä.2.q.2.c./.d.19. q.1.ä.2. q.1.o. Abolitio.

2 Solus sacerdos ꝑt absoluẽ.i fozo pœnitẽtia i.4.d.7.q. 3.ä.1.q.3.c./.d.18.q.2.ä.2.q.2.c./.d .20.ä.4.q.2.c.

3 Sacerdos non absoluit,nisi ad aliquid faciendum ligando.4.d.17.q.3.ä.3.q.4.c./.d.18.q.1.ä.3.q.3.o.

4 Sacerdos habens iurisditionẽ:potest absoluere de quo libet peccato non reseruato.4.d.19.q.1.ä.3. q.2.c.

5 Absolutio facta a sacerdote peccatore,valet sicut & a iusto:nisi sit hereticus.22ę.q.39.3.o./. Opº.22.cº.3.

6 In mortis articulo: quilibet sacerdos potest quemlibet a quolibet peccato:& excõmunicatiõe absoluere. 4.d. 18.q.2.ä.5.q.1.c./.d.19.q.1.ä.3. q.1.c./.d.20.ä. 1. q.2.o. Baptismus.207.209.Confessio. 39.46.56. c.80.c.Culpa.8.Fozus.2.Hæresis.21. Iudicium.22. Martyrium.18.Pœnitentia.66.71.73.76.77.

7 In quinque casibus:sacerdos non potest suum subditum absoluere.s.si iniuncta sit solennis pœnitentia.c. 4.d.19.q.1.ä.3.q.2.o.

8 Nullus potest se vel parem vel superiorem absoluere:nec ligare:nisi de venali.4.d.17. L.12m./.d.18.q. 2.ä.3.q.1.o./.d.19.q.1.ä.3.q.3.3m./.d.20. ä.5.q.4. 1m./.3m. Potestas.12. Reseruare. Reuocare.

9 Sacerdos potest absoluere eam cum qua peccauit:sed non debet.4.d.19.q.1.ä.3.q.2.1m.

10 Sacerdos simplex potest absoluere ab homicidio:non autem ab irregularitate.4.d.19.q.1.ä.3.q.2.2m.

11 Non omnis sacerdos potest quemlibet absoluere.4. d.17.q.3.ä.3.q.4.o./.d.18.q.1.ä.1. q.2. 2m./.q.2.ä. 3.q. 1.3m./.d.19.q.1.3.o./.d . 24.q.3.ä.2.q . 1.c./.d. 25.q.1.2.1m./.ꝑ.4.cº.71.fi./.quol.12.31.c. Sacramentum.50.Satisfactio.12.

12 Solus papa potest in sex casibus absoluere.s.quando aliquis iniicit manum violentam in clericum vel religiosum:de illo qui incendit ecclesiam & est denunciatus: de illo qui in diuinis scienter communicat excommunicatis nominaliter a papa:de illo qui falsificat literas apostolicę sedis:& de illo qui excõmunicatis in crimine cõicat.4.d.18.q.2.ä.5.q.1.c. Schisma.7.

13 Sacerdos non potest ligare & absoluere secundũ arbitrium suũ nisi rectũ a deo. 4.d.18.q.1.ä.3.q.4. o.

14 Absoluit deus autoritatiue:homo vero vt minister & instrumentaliter. Et inter ministros dei papa dicitur absoluere aliquem:etiam si per alium officium absolutionis impẽdat.1ª.q.112.2.1m fi.1. Opº.22.cº.2.

15 Consuetudo dat vel aufert potestatem absoluendi: sicut quando in aliquo episcopatu enormia crimina ad terrorem episcopo reseruantur.4.d.20.L.fi. Simonia.21.22.Sponsalia.8.Vinculum.1.

16 Nullus potest absoluere ab excõicatione maiori lata a iudice:nisi ipse vel eius superior.4.d.18.q.2.ä.5.q.1.o.

17 Episcopus.vel sacerdos potest absoluere ab excommunicatione maiori canonis:nisi reseruetur:& ab excommunicatione minori.4.d.18.q.2.ä.5.q.1.c. PATIENS.6.7.8.9.11.12.15.16.17.4.41.

18 Excommunicatus non potest a peccatis absolui: sed absolutio ab excõmunicatione debet præcedere absolutionem a peccato: quia q̃diu aliquis est excõmunicatus:non potest recipere aliquod ecclesię sacramentum.4.d.18.q.2.ä.5.q.1.2m./.d.19.q.1.ä.3.q.2.2m. Confessio.59. Corruptibile.5. Excõmunicatio.11. 26.31.34. Incendiarius. Iudex.7.c. Iudicium.22. Peccatũ.L. Pœna.62.99.c. Pœnitẽtia.31.113.115. Prædicator.6.Princeps.10. Religio.43.72. Satisfactio.12.Simonia.21.22.Vsura.260.313.314.

19 Absolui potest aliquis ab vna excõmunicatione sine ali.4.d.18.q.2.ä.5.q.3.o.

20 Inuitus aliquis potest ab excõmunicatione absolui: non autẽ a peccatis.4.d.18.q.2.ä.5.q.2.o./.q.3. 1m.

21 Absolutio ab excõmunicatione non requirit in iudice determinatam verborum formam: quia non est absolutio sacramentalis.Opus.22.cº.2.priº.

22 Absolutio ab excõmunicatione non est sacramentalis.sed magis iudiciariam iurisditionem consequens. Et in illa absolutione.iudicis verba habent efficaciã ab intentione dicentis.Vnde non refert.quibuscunq; verbis vtatur ad exprimendam suam intentionem. In sacramentis autem verba habent efficaciam ex institutione diuina. Absolutio igitur a peccatis in sacramento pœnitentię est absolutio sacramentalis.& hꝫ vba determinata.s.ego te absoluo. Opº.22.cº.2.

23 Casus quinq; in quibus oportet q̃ simplex sacerdos mittat absoluendum ad superiorem.s.solennis pœnitentia.excõmunicatio reseruata.irregularitas.incendium.& consuetudo in aliquo episcopatu.4.d.20.L.fi.

24 Nullus potest absolui ab vna culpa: quin absoluatur ab omnibus.quol.2.16.4m.

25 Immo non semper oportet,vt qui facit quod maius est:faciat & id quod minº est.4.d.27.q.3.2.2m./.3m. poª.q.1.6.8m. ℣ Rnº.Duº.6º./.1013º.

26 Absolutus in articulo mortis si euadat: non tenetur recurrere ad proprium sacerdotem pro alia absolutione:sed sufficit vt notifcet ei: nec tenetur recurrere ad superiorem:nisi se offerendo ad satisfactionem. 4.d.20.ä.1.q.2.2m.

27 INCOMMVNI./.Absolutio a peccatis requirit duplicem potestatem. s. ordinis & iurisditionis. 4. d. 19.q.1.ä.3.q.1.1m./.q.2.c./.q.3.3m./.quol. 12.16.c. Pœna.97.98.99.

28 Absolutio in foro conscientię est principaliter potestatis clauium & ex consequenti respicit iurisditionẽ: excommunicatio autem totaliter respicit secundum 4.d.19.q.1.ä.3.q.3.3m.

29 Absolutionis forma,& modus, & alię circunstantię describuntur. Opus.22.cº.1.
30 Solutiones contra errores aliquorum circa formam & circa verba absolutionis. Opus.22.cº.2.
31 Character seu potestas cõficiendi eucharistiam:& potestas clauium.i.potestas ligandi & absoluendi sunt idem.4.d.18.q.1.ã.1.q.2.1^{m}.
32 Immo non sunt idem eo ꝙ potestas conficiendi non connumeratur clauibus : nec multiplicatur sicut illę: quia est tantum ad vnum actum : illę vero ad duos 4.d.18.q.1.ã.1.q.3.3^{m}. ꝑ Rnº. Duº.7º.
33 Sunt idem per essentiã:nec differunt nisi ratione.4.d.18.q.1.ã.1.q.2.1^{m}.
34 Forma absolutionis sacramentalis est hęc. Ego te absoluo. Reliqua quę adiunguntur:sunt in arbitrio sacerdotis 3ª.q.84.3.c./.Opus.22.cº.2.
35 Forma absolutionis sacramentalis differt a forma baptismi & ꝯfirmationis.3ª.q.84.3.c./. Opᵒ.22.cº.2
6 Vocant doctores vsuram, omnem superabundantia3 cuiuslibet rei, quam parit vsus similis ei a quo primo dicitur vsura. Ma. q. 13. 4. c. 1. Opus. 73. c°. 1.
7 Quia talis superabundantia, aliquando oritur ex vsu contra legem, aliquando uero ex usu legaliter: ideo & nomen usurę in scripturis sacris, multipliciter accipitur, s. aliquando in malo, sicut quando fit ex usu cõtra legem, aliquando uero in bono, sicut quando fit ex usu legaliter. Opus. 73. c°. 1.
8 Vsura in euangelio metaphorice accipitur, scilicet pro superexcellentia bonorum spiritualium, quam exigit Deus, uolens ut in bonis acceptis ab eo semper proficiamus: quod est ad utilitatem nostram, & non eius. 22e. q. 78. 1. 1m. 1. Ma. q. 13. 4. 16m.
9 In bono inuenitur nomen usurę acceptum tripliciter, scilicet quando est 9m legem diuinę charitatis, quando est 9m legem fraternę charitatis, & quando est 9m legem iustitię & equitatis. Opus. 73. c°. 1. fi.
10 Primo modo, usurę nomine designatur superabundantia premiorum in futura uita, respectu meritorum uitę presentis: secundo modo superabundantia meritorum presentis uitæ, respectu gratiæ date: tertio modo superabundantia pœnarum iuste debitarum, respectu culpæ presentis. Opus. 73. c°. 1. fi.
11 His tribus modis, dicitur usura spiritualis, magis q3 corpoalis. Opus. 73. c°. 1. fi.
12 Alio modo dicitur usura, superabundantia rerum corporalium & temporalium, 9m quam nomen usurę significat uitium quoddam de genere auaritię, quod gignit cupiditas, quæ radix est omnium malorum: & 9m istum modum accipiendi nomen usurę, condemnatur usura a doctoribus cõmuniter. Opus. 73. c°. 1. fi.
13 Cum superabundantia sit extremum, respectu alicuius equi & iusti, dictum in moribus: oportet qđ equum & iustum in moribus sint determinata in rebus, ex quibus superabundantia innascitur qđ uocatur usura. Opus. 73. c°. 1. principio.
14 Nomen usurę, 9m qđ ipsa utuntur doctores sacræ doctrinę in condemnationem, significat superabundantiam siue incrementu3 ex usu alicuius rei prouenientis. Ma. q. 13. 4. c. 1. Opus. 73. c°. 1. principio.
15 Vsura est quicquid prȩter sortem accidit, sine iusto titulo, siue sit in mutuis, siue in contractibus alijs. Ma. q. 13. 4. c. 1. Opus. 73. c°. 8. pn°. Alienum. 4. c.
16 Vsura est pretium pecunię mutuatę, uel cuiuscunqs rei, cuius usus est consumptio, uel distractio eius. 22e. q. 78. 1. c. 1. Ma. q. 13. 4. c. 1. quol. 3. 19. c. 1. Opus. 73. c°. 1. c°. Auaritia. 13.
17 Accipere pretium pro principali usu pecuniæ, qui est distractio eius, est usura: non autez pro secundario usu eius. s. ad ostentationem, uel in pignus: sed in usu uasorum, est ecõuerso. 22e. q. 78. 1. 6m. 1. Ma. q. 13. 4. 1. 5m. 1. Opus. 73. c°. 8. pn°. Hæresis. 152. Iudei. 11. 18. 30. 46. Præceptum. 139.
18 Vsura 9m se est iniusta, contra legem naturæ, & peccatum mortale: quia idem bis uenditur, uel uenditur id quod non est. 22e. q. 78. 1. c. 1. 3. d. 37. 5. c. 1. Ma. q. 13. 4. c. 1. quol. 3. q. 7. 2. c. 1. Opus. 73. c°. 4.
19 MATERIA. 285. Cum iure naturali, omnis res quę in usum hominis uenit, ex natura usus minuatur magis q3 incrementum pariat, & maxime in materia gris hoc appareat: ideo & usura, 9m rationes propria3 dicta, est res quę ex usu gris acquiritur. Opus. 73. c°. 1. Auaritia. 13. Deceptio.
20 Dicunt philosophi, usuram dicta3, quasi usu gris acquisitam: dicitur enim usura ab usu, eo. s. qđ pro usu pecunię, pretium quoddam accipitur, quasi ipse usus pecunię mutuatę uendatur. Ma. q. 13. 4. c. prin°. 1. Opus. 73. c°. 1.
21 Theologi considerantes iusti & iniusti rationes, subtilius exponentes nomina, hæc designantia, large extendunt huius nominis significatione3, ad incrementa quę prouenium ex usu omnium rerum, per similem usum & rationem, & non tantum pecuniæ. 22e. q. 78. 1. 2. 1. 1. Ma. q. 13. 4. c. 1. quol. 3. 19. c. 1. Opus. 73. c°. 1.
22 Significat primo nomen usurę incrementum quod parit pecunia ex usu suo, secundario autem etiam significat superabundantiam quam parit quęlibet res ex usu suo simili cum usu pecuniæ. 22e. q. 78. 1. c. 1. Ma. q. 13. 4. c. 1. quol. 3. 19. c. 1. Opus. 73. c°. 1. c°.
23 Materiam usurę propriam 9m autores, inuenimus determinatam tribus conditionibus. s. numero, ponderę, & mensura. Opus. 73. c°. 2. pn°.
24 Omne quod in usum hominis uenit, determinabile, numero, pondere, & mensura: est proprie & per se materia usurę. Opus. 73. c°. 2. pn°.
25 Non tantum pecuniæ, siue numismata, dicunt materiam usurę: sed etiam omnes res quę numero, ponderę, & mensura determinari possunt, & in usum hominis ueniunt. Opus. 73. c°. 2. pn°.
26 Si ipsę res ex quarum usu dicitur innasci superabundantia damnabilis, determinatę non essent, in ratione iusti & equi: nec ipsa superabundantia determinari posset, in ratione iniusti & inequi. Opus. 73. c°. 2.
27 SPECIES VSVRAE. 1. Sunt autem species usurę corporalis 9m leges, cõmuniter duæ. s. una quæ dicitur cõmuniter usura sortis: quæ est quando incrementum ex sorte mutuata tantu3 quęritur, alia quę dicitur usura usurarum quę proprie dicitur reprobum fœnus, quę etiam homines reddit infames: & hæc dicitur vsura vsurarum, quia etiam ipsę usurę quę sorti accidunt, alias usuras pariunt secundum proportionem ad partum sortis. Opus. 73. c°. 2.
28 Sunt etiam duo modi usurarum alij a prędictis a iure condemnati. s. usura quę dicebatur centesima, quę per annum equabatur sorti tantum, alia vero dicebatur hemiola, ab hemi, quod est mediũ, & holon, quod est totum, quia per totum annu3, pariebat medietatem sortis tantum. Opus. 73. c°. 2. fi.
29 DE CONTRACTIBVS IN COMMVNI. 93. 95. Cum videamus superabundantias particulares ex multis rebus, quę nec nomen, nec vitium tenent usurę, vt ea quę multiplicantur ex seminibus, & etia3 quę aliqui lucrantur humanis laboribus licitis, & iustis cõtractibus, declarandi sunt actus, per quos & in quibus superabundantia rerum, nomen, & vitium usurę sibi acquirat. Opus. 73. c°. 3. principio.
30 Quod autem principaliter, ex actu & per actum commutatiuę iustitię, qui dicitur mutuo rem dare vel accipere, superabundantia nomen & vitium habeat usuræ, probatur per doctores sacrę scripturę. Opus. 73. c°. 3. principio.
31 Cum de usura sit sermo, 9m qđ dicit incrementum ex vsu alicuius rei elicitum, attendendum est, qđ vniuscuiusq; rei possessę ab homine, duplex potest esse vsus, 9m philosophus. s. vnus & proprius est ipsius rei usus, quo ipsa res refertur ad necessitatem humanæ vitę, vt calciamenti calciatio: alius est vsus non proprius rei, licet per se insit, sed quo p ipsa3 rem, cõmutatiue acquiritur alia, ut calciamenti cõmutatio per venditionem, vel per permutationẽ ut cum pecunia, uel alia res per ipsam acquiritur. Opus. 73. c°. 3.
32 Cum usus primo modo dictus, per finem sibi conuenientem determinetur, eo qđ omnia quę possideri possunt propter hominis vtilitatem & vitam, facta sunt & creata, consequitur qđ omnis excrescentia rerum, ex vsu huiusmodi rerum genita, boni rationes habet, & non mali de se: propter quod ex tali vsu, vsura quę est excrescentia habens rationem mali per se, non innascitur. 4. d. 33. q. 1. 1. c. 1. ar. 3. q. 1. c. 1. Opus. 73. c°. 3.
33 Est ergo consequens, qđ ex vsu rei, secundo modo dicto, qui est ex cõmutatione rei ad alterum, aliquando est usura. Opus. 73. c°. 3.
34 Hic autem modus, adhuc dupliciter contingit. s. quia aut est ad finem conuenientem, aut prȩter finem conuenientem. Opus. 73. c°. 3.
35 Si primo modo, hoc contingit dupliciter. s. uel per modum liberalitatis solum, ut in datione gratuita, eo qđ liberaliter transfertur ad alterę possessio rei & usus eius, uel per modum equitatis & iustitię, ut quando aliqua res & usus eius, cõmutatur & transfertur per adequationem iustam alterius rei, uel usus eius, siue sit pro numismate, siue pro alia re, siue pro labore corporali: & isti duo modi, de se nullam pariunt excrescentiam, & omnis superabundantia, ex usu rerum per modos prędictos innata in relatione ad finem conuenientem, caret ratione usurę. Opus. 73. c°. 3.
36 MALA. 1. Si autem sit prȩter finem conuenientem, uel prȩter modum debitum, est usura. Opus. 73. c°. 3.
37 Oportet qđ ratio usurę inueniatur primo & per se, in actu aliquo prędictorum, inq3tum caret modo debito, uel fine conueniente, uel utroq3. Opus. 73. c°. 3.
38 Specialis igitur ratio usurę, 9m qđ condemnatur ut uitium, non erit semper ex relatione ad finem: qa potest quis usuras quærere, sicut & furari, vt habeat necessaria uitæ humanæ, sed non propter hoc excusatur a uitio usurę uel furti, sed ex modo indebito circa aliquem usum rei, accidit aliqñ ratio usurę. Opus. 73. c°. 3.
39 Illa superabundantia quę ex collatione gratuita accidit, non habet uitium, nec corrumpit liberalitatem, alias non fuisset collatio gratuita. Opus. 73. c°. 3.
40 Illa etiam superabundantia, quę ex iusta permutatione seu uenditione accidit, nõ habet uitiu3 inequatis, alias nõ fuisset permutatio uel uenditio iusta. Opus. 73. c°. 3.
41 Illa uero sola superabundãtia, quę ex mutuo ratione mutui procedit, liberalitatem simul & iustitia3 corrumpit: liberalitatem qdem, quia mutuu3 gratuitu3 fieri debet, de natura mutui: qa mutuum datur, qñ meum uel tuum mihi uel tibi datur: iustitiam uero corrumpit, qa dati redditio designatur, & ubi plus redditur, inequalitas paritur. Opus. 73. c°. 3. fi. c°. 7.
42 In solo actu mutui, circa cõmutationem rerum, primo & per se inest ratio usurę, 9m qđ a doctoribus proprie accipitur ut superabundantia ex usu rerum condemnabilis. Opus. 73. c°. 3. fi. c°. 7.
43 Inuenitur uero similitudo uitii huius, & in aliis contractibus, per q3dam assimilationem superabundantiarum ad hoc uitium. Opus. 73. c°. 3. fi.
44 In omni enim actu hominis, ma'um accidit aut natura, aut lege: natura quando prȩter naturam actus factus, ad finem conuenientem naturæ non refertur: lege uero, quando contrarium fit legi scripte, uel infuse: & utroq; prędictorum modorum inuenitur malum in usura. Opus. 73. c°. 4. principio.
45 Si proprius usus rerum, ad fines conuenientem determinetur per naturam ipsa3, etiam cõmutatio ipsa3, quę inuenta est propter usum proprium ipsa3, ad eundem finem referri debet de natura ipsius: sed si fiat prȩter finem conuenientes, & non referatur ad finem ꝓpter quem est, erit de natura sua habens rationes mali, uel usurę. Opus. 73. c°. 4. principio.
46 Vbicunq3 fit permutatio rerum, propter augmentationem ipsarum uel multiplicationem, iam fit prȩter finem conuenientem, ut in usura. Opus. 73. c°. 4. pn°.
47 In usura in infinitum augmentatio rerum intenditur, quia q3to magis acquiritur, tanto magis intenditur, & magis rationem infiniti habet, 9m philosophus. Opus. 73. c°. 4. principio.
48 Cum usura dicat superabundantiam & incrementu3, ex usu rei productum, necessario dicet id quod est prȩter finem cõmutatiue naturalis, quę tantum est ꝓpter necessitatem uitę humanæ, quæ de se finita est in suis indigentiis. Opus. 73. c°. 4.
49 Hanc rationem ponit philosophus, non tantu3 in usuris proprie dictis, qua3 uocat tochon. i. partu3 numismatis, sed etiam in omni cõmutatiua in qua tantum lucrum, & multiplicatio rei intenditur propter se, & nõ propter necessitatem uitę. Opus. 73. c°. 4.
50 Translatiuam dicit philosophus, alteram commutatiuam, per quam res transfertur de uno ad aliu3: non ꝓpter proprium usum rerum, & necessarium uitę, sed solum gratia lucri, ut semper multiplicentur diuitię, ut in usura. Opus. 73. c°. 4.
51 Quia translationis huius gratia, factum est numismata: ideo huiusmodi uitium magis apparet in translatione numismatum pro multiplicatione ipsorum: & ideo sequitur, qđ non est 9m naturam translatio huiusmodi quę est ad congregandum pecunia3, per translationes pecunię, ut in usura. Opus. 73. c°. 4. 1. c°. 14.
52 Talis cõmutatio dicitur oboletica. i. ubi datur obolus. i. paruum pondus & determinatum pro alio eiusdem generis ad augmentum. Opus. 73. c°. 4.
53 Et hęc commutatio odio habetur, quia ab ipsa fit pos-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſeſſio numiſmatis, & vſus eius, ad aliud ad quod non eſt factum per naturam, quia factum eſt tranſlationis gratia.i.vt per ipſum fieret tranſlatio aliaꝝ reꝝ, ſm ꝙ ad vitaʒ neceſſarię ſunt, & non ſm ꝙ ad congregationem & ad affectum ſunt auaritię. Opuſ.73.c°.4.

54 Philoſophus deſcendit ad huiuſmodi lucra, ſm ꝙ ſpecialiter ſunt per vſuram proprie dictam, quaʒ vocant tochon grece.i.partum latine, eo ꝙ numiſma ſeipſum parit in vſura.i.quia per tranſlationem ſuiipſius multiplicatur & augmentatur. Opuſ.73.c°.4.

55 Maxime pręter naturaʒ & rõnem, iſta pecuniaꝝ acquiſitio eſt.ſ.quę eſt per tochos.i.in mutuo pecunię pro augmento pecunię, ſm philoſophuʒ: & dicit maxime, reſpectu illius acquiſitionis quę fit in ꝯtractibus alijs cauſa cupiditatis tantum, quę mala eſt, & ꝯ naturaʒ: ſed adhuc peior eſt, quæ fit per exercitium turpitudinum corporalium: ſed iſta eſt maxime contra naturam, quia obligat reuʒ ad reſtitutionem acceptoꝝ, quod non faciunt alij duo primi modi. Opuſ.73.c°.4.

56 In vſura etiam malum incidit ſpecialiter, propter naturaʒ actus proprij ex quo incidit, qui eſt dare mutuo, qui eſt actus liberalitatis & gratię. Opuſ.73.c°.4.

57 In vſura acquiritur & poſſidetur, quod iuſte poſſideri non valet, & ſic peccatum generat, in acquirente uel poſſidente. Opuſ.73.c°.4.

Immo accipere vſuram, in pręmium a Deo promittitur.22e.q.78.1.2m. ꝑ R ſ°. Dubio.1209°.

58 Quod autem ab extraneis, iudęi vſuram acciperent, non fuit eis conceſſum quaſi licituʒ, ſed permiſſum, ad maius malum vitandum. 12e.q.108.1.2m./.22e.q.78.1.2m.

59 In vſura eſt res facta ſua de non ſua, ſine iuſto titulo, & per fraudem rei non ſuę. Opuſ.73.c°.4.

60 Quando res per ius naturę deuoluitur a patribus vel parentibus in filios vel hęredes per morteʒ, hic modus non eſt in tranſlatione vſuræ. Opuſ.73.c°.4.

61 Quando per ius gratię & liberalitatis dominus rei, dat gratis alteri quod ſuum eſt, hoc non valet excuſare ab vſura, eo ꝙ vſurarium vocamus eum, qui non mutuat gratis, ſed pro ſpe alicuius incrementi, quod tunc accipit, vel ſperat accipere. Opuſ.73.c°.4./c°.7.

62 Licet accipiens mutuo, libenter det mutuanti aliquod incrementuʒ, vel dare velit: tñ ex parte accipientis vel ſperantis huiuſmodi incrementum, tollitur ratio gratię & liberalitatis, q̃tum ad ipſum a quo eſt actus huiuſmodi: & ideo non fit ſuum, iure liberalitatis quod accipit, q̃tum eſt ex parte ipſius accipientis. Opuſ.73.c°.4.7.15.

63 Mutuans poteſt exigere recompenſationem eorum tantum, quæ pecunia non menſurantur: puta beneuolentiam, & amorem eius cui mutuauit, uel aliquid huiuſmodi.22e.q.78.2.0.

64 Et poteſt deducere in pactum recõpenſationem dãni per quod ſubtrahitur ſibi aliquid quod debet habere: hoc enim non eſt vendere uſum pecunię, ſed damnuʒ vitare: & poteſt eſſe, ꝙ accipiens mutuum, maius damnum euitet, q̃ dans incurret: vnde accipiens mutuum, cum ſua vtilitate damnum alterius recompenſat.22e.q.78.2.1m./.3.c.7.Opuſ.53.3m./.Opuſ.73.c°.7./c°.14.

65 Recompenſationem vero damni quod conſideratur in hoc, ꝙ de pecunia non lucratur, non poteſt in pactum deducere: quia non debet vendere id quod nondum habet, & poteſt impediri multipliciter in habendo.22e.q.78.2.1m.

66 Nec quicquid de pecunia vſuraria aliqs lucratus fuerit, quia id qđ de tali re eſt acquiſitum, non eſt fructus huiuſmodi rei, ſed humanę induſtrię: niſi forte per detentionem talis rei, alter ſit damnificatus amittendo aliqđ de bonis ſuis: tunc enim lucrans tenetur ad recompenſationem nocumenti.22e.q.78.3.0.

67 Et tenetur mutuans computare in ſortem, vſum venalem pignoris.22e.q.78.2.6m.

68 Sed non poteſt deducere in pactum, vt ſibi remutuetur, ſed poteſt recipere mutuum ſine obligatione.22e.q.78.2.4m.

69 Et poteſt ſperare munus gratuitum, non ex pacto tacito vel expreſſo, quia dat de ſuo, non autem ſimoniacus. Ma.q.13.4.13m./.Opuſ.21.q.4.

70 Et poteſt accipere munera gratis oblata, non autem cum pacto tacito vel expreſſo.22e.q.78.2.0./.Ma.q.13.4.10m./.Opuſ.21.q.3.q.4./.Opuſ.73.c°.3.7.

71 Quicunq; ergo ex mutuo rõne mutui, ſperat lucrũ, peccat vſurę vitio, ſm autoritateʒ euangelii: ſed non ſic q ex mutuo vitat damnuʒ, vt ſi forte per detentioneʒ talis rei mutuatę alter ſit damnificatus, amittendo aliqđ de bonis ſuis: tunc enim tenetur ad recõpenſationem nocumenti: ſicut & tenens pecuniam vltra terminuʒ, tenetur reſtituere, non quidem totuʒ lucrum poſſibile, ſed ſm aſtimationem, penſatis periculis, laboribus, & expenſis.22e.q.62.4.1m./.2m./.q.78.1.3m./.2.1m./.3.c./.4.d.15.q.1.ar.5.q.2.4m./.Ma.q.13.4.3m./.Opuſ.73.c°.7./c°.14.

72 Item primuʒ non poteſt fieri ſine iniuria Dei, q hoc ꝓhibuit fieri, nec ſine iniuria ꝓximi, cui gratis debuit fieri illud, ex quo lucrum ſperatur, qđ eſt ꝯ gratiam, & ſic non poteſt fieri ſine uſurę vitio. Opuſ.73.c°.14.

73 Sed ſecundum.ſ.vitare damnuʒ, poteſt iuſte fieri, ſine vſurę vitio, eo ꝙ ꝓ hoc non fit Deo iniuria, eo ꝙ non ꝓhibetur aliqua lege, nec etiam fit iniuria ꝓximo, quia nihil minus accipit pro tempore mutuationis, q̃ reddere teneatur, eo ꝙ tẽpore quo ei mutuatur, tñ valebat, q̃tum reddere tenetur: nec etiaʒ vitiaretur, ſi tempus a mutuãte determinetur, in quo veriſimile eſt, pecuniaʒ vel rem mutuataʒ minus valituraʒ, q̃ valeret tempore mutuationis, qa ex ſola dilatione temporis, nõ accidit vilificatio: ſed magis vel ex voluntate legiſpoſitiuę, vel ex natura rei vel pecunię: nec in hoc damnificatur qui mutuum accipit, qa non ad hoc accipit, vt ipſam vſq; ad tempus illud ſeruet in quo veriſimiliter minus valitura eſſet: ſed vt ipſa pecunia vteretur pro tempore illo, pro quo valorem ſuum reſeruaret quem habebat cum eam in mutuo acceperat. Opuſ.73.c°.14.

74 De eo vero qui dat mutuo bladum, vel vinum, vel oleum, ad certas menſuras, & hoc in tempore quo minus valent, vt ſibi reddatur in ęqualibus menſuris, & ponderibus, & ſpeciebus, in alio tẽpore, quo veriſimile eſt, res pręd ictas plus valituras, quia uidetur primo ex eo qđ iam diximus, ꝙ licitum ſit, ſic mutuum dare, qa nihil plus accipitur q̃ datur, eo ꝙ hmõi res, numero, pondere, & menſura, realiter redduntur: iteʒ qa in hoc dans mutuo uidetur tñ uitare damnuʒ, & non ſperare lucrum, qa ſi res hmõi uenderentur in tẽpore quo minus ualent, ex hoc dãnificaretur dñs ipſaꝝ: unde etiam & licite poteſt eas uendere ꝓ tempore illo, in quo plus ſunt ualiturę ueriſilr: nec eſt uſura, ſm decretaleʒ: quare uidetur ſimiliter, ꝙ licite poſſit eas res mutuo dare, reddendas ſibi in tẽpore, quo ueriſimiliter plus ſunt ualiturę. * In hoc caſu conſcientia aut excuſat, aut accuſat. Opuſ.73.c°.14.

75 Quia mutuum debet fieri gratis, & ſine ſpe lucri, quandocunq; in mutuo, uel ex mutuo, intenditur ſpes lucri: tunc nõ caret uitio uſurę: ſed ſic nõ eſt in emptione & uenditione: niſi habeat rõnem mutui: ſi enim aliqs carius uelit uendere res ſuas, q̃ ſit iuſtum pretium, ut de pecunia ſoluenda, emptoreʒ expectet, manifeſte uſura

committitur, quia huiuſmodi expectatio pretii ſoluendi, habet rationem mutui: unde quicquid ultra iuſtum pretiuʒ, pro huiuſmodi expectatione exigitur, eſt quaſi pretium mutui, qđ pertinet ad rationem vſurę: ſimiliter etiam ſi aliquis emptor uelit rem emere uilius q̃ ſit iuſtum pretium, eo ꝙ pecuniaʒ ante ſoluit, q̃ poſſit ei res tradi, eſt peccatum uſurę: quia etiam iſta anticipatio ſolutionis pecunię, habet mutui rõneʒ cuius quodđam pretium eſt, qđ diminuitur de iuſto pretio rei emptę: ſi uero aliquis de iuſto pretio uelit diminuere, ut pecuniam prius habeat, non peccat peccato uſurę.22e.q.78.2.7m./.Opuſ.73.c°.14.

76 Poteſt autem excludi ſpes lucri ab intentione dantis mutuo, modo pręd icto dupliciter.ſ.uel quando dans mutuo, paratus eſt omni tempore accipere reʒ mutuatam, etiaʒ ante illud tempus determinatuʒ, quo res ueriſimiliter, deberent eſſe cariores: & hoc modo ſpes lucri, etſi per accidens intendatur, non tamen per ſe, qa non tollit rationeʒ gratuiti a mutuo: uel quando dans mutuo, etiaʒ tempus illud determinauit, in quo ueriſimiliter, res plus ualiturę erant, propter ſolaʒ damni uitationem: tunc enim damnum uitat, quando neceſſitati proprie conſulens, intendit conſeruare res ſuas ſibi magis neceſſarias ad uſum uitę, quas ſi tunc non haberet, oporteret eas alibi emere, & ſic reportaret dãnum de gratia mutui facta proximo: & ſic intẽdens, in mutuando excuſatur ab omni uitio uſurę.22e.q.62.4.1m./.2m./.Opuſ.53.3m./.Opuſ.73.c°.7.14.

77 Ex his poteſt patere, ꝙ non tantum ex dilatione temporis, ſed ex natura rei, relata ad temporis uel loci conditionem, poteſt accidere uſura.ſ.quando aliquę res ſiue pecunię dantur mutuo, ęquales reddendę in ſpecie, & numero, & pondere, & menſura, & tamen qa mutuans ſperat eandem rem numero plus ualituram in tempore determinato quo debet reddi, uel in loco, & propter hoc ipſe mutuauit reddendam ad tale tempus uel ad talem locum, ut in tempore uel loco determinato ſibi reddatur, dico ꝙ ibi manifeſte eſt uitium uſurę: quia plus ſperatur ex mutuo uel cauſa mutui, q̃ detur. Opuſ.73.c°.8.

78 PROHIBITIO./.In ſcriptura ſacra q̃tum ad legeʒ ueterem, condemnantur dantes pecuniaʒ ad uſuraʒ: & ideo contra legem diuinaʒ accipiuntur uſuræ: unde accipere uſuras ab alienis, non erat ſm intentionem legis, ſed ex quadaʒ permiſſione, propter pronitateʒ Iudęoꝝ ad auaritiam, & ut magis pacifice ſe haberent ad extraneos, a quibus lucrabãtur.12e.q.105.3.3m./.22e.q.78.1.0./.3.d.37.6.0./.4.d.33.q.2.ar.2.q.2.c./.Ma.q.13.4.0./.quol.3.q.7.2.0./.Opuſ.73.c°.15.

79 Lex autem noua, prohibet ſperare aliquid ex mutuo: quare, mag's accipere erit contra legem euangelicam: ſed qđ eſt contra legem diuinam, ſm nullam aliam legem, poteſt eſſe uerum aut iuſtum, eo ꝙ lex diuina ſit prima & uniuerſalis origo omnium legum iuſtaꝝ, ſicut Deus eſt origo omnium entium. Opuſ.73.c°.15.

80 Eſt etiam uſura ꝯ legem naturę, quia in hoc finis conueniens ſm naturaʒ actus humanę uitę, corrumpitur: huic enim actui, qui eſt mutuum dare, conueniens finis oſtenditur naturaliter.ſ.finis cõmunis ſocietatis, & fraternę charitatis, in ſubueniendo proximoꝝ neceſſitatibus: & ideo gratis fieri debet naturaliter: quare quãdocunq; huiuſmodi actus fit propter ſpem alicuius cõmodi uel lucri: tunc ab eo tollitur finis, qui naturaliter competit ei, & fit contra naturam: quare iuri naturali repugnat: ideo non tantum fit iniuſtuʒ contra legem diuinam, ſed etiam contra ius naturale.22e.q.78.1.0./.Opuſ.73.c°.15.

81 Secundum theologiaʒ uſura condemnatur tanq̃ peccatum mortale, & graue, & ęterna morte dignuʒ.22e.q.78.1.0./.3.d.37.1.0./.4.d.33.q.2.ar.2.q.2.c./.Ma.q.13.4.0./.quol.3.q.7.2.0./.Opuſ.73.c°.4.15.

82 Quędaʒ uſurę in ſacra ſcriptura, & etiaʒ in legibus humanis conceſſę ſunt, tanq̃ licitę: ſicut quando non poteſt quis aliter reʒ ſuam q̃ per uſuram regrere. Opuſ.73.c°.4.7.

83 Quandocunq; uſura poteſt accipi ut ſua res, aliquo iuſto titulo, erit ſine ſcrupulo inculpabilis acceptio: & hoc eſt quando res uiolenter detinentur, & ſunt alioruʒ ſecundum ueritatem, & per uſuram acquiruntur uel detinentur. Opuſ.73.c°.4.7.

84 Culpa ſm ꝙ eſt ꝯ charitatem Dei, coactione non tollitur, nec expiatur, ſed ſolum pœnitentia uoluntaria ualet emendari: ſed culpa quæ contra charitatem proximi directe cõmittitur, etiam legibus tam diuinis q̃ humanis coercenda eſt: quia ergo uitiuʒ uſurę directe eſt contra charitatem Dei qui ipſam in lege ſua prohibet & cõdemnat, & contra charitateʒ proximi: ideo pœnis eſt coercendum. Opuſ.73.c°.20.ꝑn°.

85 Gñaliter pœnæ publicę, ſolum uitiis publicis ſunt infligendæ: & ideo uſurarii publici, pœna iuris coercendi ſunt, & aliqñ propter contumaciam comitantem ,,eſt etiam pœna iudicis adiungenda. Opuſ.73.c°.20.

86 Leges uero humanę, aliqñ conſiderant iuſtitiaʒ, prout eſt cõſeruatiua pacis exterioris inter homines, & ideo leges tales non puniunt niſi quod hanc paceʒ deſtruit: aliquando etiaʒ prout magis illuſtrantur lumine fidei, & iuris diuini, conſiderant etiam iuſtitiaʒ ueram & interiorem, & ſic etiam leges canonicę prohibent & puniunt uſuras. Opuſ.73.c°.15./.22e.q.67.ar.1.1m.

87 Ius poſitiuum tñ permittit uſuras, non qdeʒ ut iuſtas, ſed ne cõitas patiatur multas incõmoditates: ꝑ uſuraʒ enim retinentur multę hęreditates, & uitantur damna q̃plurima: propter qđ etiaʒ leges humanę eam ꝑmittunt, & non puniunt, ſicut puniunt & prohibent furta & rapinaʒ. Iuſtinianus tñ imperator, ſanctas ſanctiones ſiue leges, ſubiecit eccleſiaſticis inſtitutis, ſed præcipue in uſuris & matrimonio, in qbus tota uita ciuilis uerſatur.12e.q.96.6.c./.22e.q.78.1.4m./.Ma.q.13.4.6m./.Opuſ.20.li°.3.c°.18.ꝑn°./.Opuſ.73.c°.4.fi.

88 Quędam uerba iuris etiam inueniuntur, quibus ratio dubii, & pericula euentuum, uidentur omnino excuſare uſurę uitium, in quibuſdaʒ permutationibus & contractibus. Opuſ.73.c°.6.ꝑn°.

89 *Quia omnis ſuperabũdantia uſuraꝝ, eſt tanq̃ res aliena ipſi uſurario iniuſte poſſidenti, ſequitur quod ſit ꝓpria alterius, qui ipſa re priuatus eſt & deſtitutus: ſed hoc eſt iuſtum ſm omnia iura, quod omnis res deſtituta, ideſt qua quis iniuſte deſtitutus & priuatus eſt cõtra iuſtitiam, reſtituatur. Reſtitutio enim ſemper reſpicit deſtitutionem, & ideo ſm omnem iuſtitiam naturalem, uſurę reſtituendę ſunt: ſed forte dicetur quod illa deſtitutio facta ſit voluntarie.i.quia accipiens mutuum, uoluntarię uidetur dare uſuram mutuanti, & etiaʒ quia leges humanæ non puniunt, quæ tamen iniurias punire debent, quare non uidetur eſſe contra iuſtitiam humanam: & ideo aduertendum eſt, ꝙ uoluntas hominis, aliquando reſpicit uolitum propter ſe, & aliquando propter aliud: quando autem propter ſe: tunc ſi illud uolitum ſit ſimpliciter iuſtum & bonum, tunc uoluntas eſt bona, & opus ex ea procedens, eſt bonum & iuſtum: ſi autem ſit iniuſtum & malum, tunc ſimiliter uoluntas eſt mala: ſi uero reſpiciat uolitum non propter ſe, ſed propter aliud, ſicut cuʒ aliquis uult proiicere merces in mare, ut ſic euadat periculuʒ: tunc eſt diſtinguendum.12e.q.6.6.c./.Opuſ.73.c°.15. Vide in ſequenti concluſione.

Universidad de Deusto Biblioteca

90 Illud enim iterum propter quod, volitum dicitur aliquid, aut habet rationem iusti, aut iniusti, aut indifferenter: & hoc primo modo iudicatur adhuc voluntas iusta & bona comparatiue, sed tamen potest esse iniusta simpliciter, vt si aliquis vult furari, vt pauperibus tribuat: sed secundo modo potest iudicari iusta & libera absolute, qm̃ illud volitum, est ex natura sua iustum & bonum, sed cõparatiue est voluntas iniusta & non libera, qm̃ illud volitum habet malum finem: vnde cum aliquis vult dare superabundantiam de suo, de se non est malum nec iniustum, vnde ſm hoc, voluntas est absoluta & libera: sed quando hoc vult dare propter rationem mutui, qđ non aliter potest habere, iam hmõi voluntas cõparata ad finem qui de se est iniustus, contrahit rationeʒ iniustitię, & cadit a ratione liberalitatis: & quia huiusmodi iniustitia, patiendo magis q̃ agendo incurritur: ideo in ipso dante est pœna, & nõ culpa *leges autem ciuiles, ad pacem, & cõmunem hominum conuictum attendentes, ista non puniunt, non tñ laudant: iura autem canonica, & vituperant, & puniunt, quia lumine fidei, magis illustrãtur: lex autem diuina, quę est prima & vniuersalis origo atq; mensura oium legum iustarum, vsuras maxime detestatur & prohibet: & ideo illi standum est in omnibus: nihil enim potest esse verum, aut iustum, quod contra legem diuinaʒ existat. Opus.73.c°.4.7.15.

IN MVTVIS. 15.16.19.20.27.30.35.39.41.42.55.62.63.67.vsq;.80.91.126.133.150.156.160.161.169.195.205.207.208.210.212.271.

91 *Sciendum est in primis, qđ regula est generalis apud omnes doctores, & firma esse debet: quod nulla conditio, siue circunstantia, (nisi in quibusdam in quibus diuinum habetur preceptum) potest excusare aliquem actum vitiosum, siue habituʒ, nisi ſm quod potest tollere rationem vitiositatis ab eo. Si igitur dubium vel periculum excusare valeant, hoc non erit, nisi habeant virtutem tollendi rationem usurę vere dictę: & qa in mutuis, vitium, usurę annexum est, ex eo q fiant spe lucri, quod est contra naturam mutui: ideo quia dubiuʒ & periculum de sua natura non tollunt hanc vitiositatem a mutuo, quando fit spe lucri: ideo nec dubiuʒ nec periculum excusare possunt uitium usurę, ſm decretalem, extra de vsu.c.nauiganti. Opus.73.c°.6.pn°.

92 Circa illos vero cõtus, vel permutationes rerum, in qbus aliqd plus accipitur q̃ datur, si causa temporis permutatio hęc fiat: iam speciem vsurę vitiose cõmittit, eo q huiusmodi superabundantia, nec ex labore, nec ex vsu rei pprię, nec per recompensationeʒ alterius substantiæ, valet reduci ad ęqualitateʒ iustitię: si vero non causa temporis hęc superabundantia accipiatur uel intendatur, saltem ratio dubij siue periculi, potest supplere ęquitatem iustitię. Opus.73.c°.6.

RATIONE DVBII VEL PERICVLI, IN MVTVIS. 65.66.71.72.73.74.76.88.89.91.92.93.147.167.168.169.172.175.205.239.

93 Sicut aũt dictum est de rõne dubii in mutuo & in cõtibus alijs, ita dicenduʒ est de rõne periculi: quia ratio periculi etiam circa sortem, non tollit rationem vsurę in mutuo ſm decretalem: in cõtibus vero aliis, in qbus videtur superabundare acceptuʒ super datuʒ, potest excusare. s. qm̃ ipsa ratio periculi, potest recõpensare huiusmodi superabundantiam: res enim quę extra periculum possidentur eiusdeʒ speciei, plus ęstimantur, q̃ eędem existentes in periculo: & ideo ad naturam rei conuertitur recõpensatio, quæ propter periculum ęstimatur plus uel minus ualere. Opus.73.c°.6.fi.

94 Cum dicitur q huiusmodi cõtus non potest excusari a vitio vsurę, per rationem dubij, vel periculi, intelligendum est, quia duplex est dubium. s. dubium excusans, & dubium non excusans: dubium tunc excusat, qm̃ tollit inęqualitatem, & iustam æstimationeʒ dati, & accept. facit, q̃tum ad rerum cõmutatarum naturam & vsum: sicut qm̃ aliqs emit decem annuatim pro centuʒ quos statim soluit, ad vitam suam vel alterius accipiendos, & cõsiderata vtilitate cuiuslibet respectu possidentis dubitatur verisimiliter, quę sit maior, minorue, propter indeterminationem temporis: & ideo fit ęstimatio ęquiualens propter dubiuʒ: & sic ratio dubii facit iustitiaʒ ęstimationis: ideo quicqd plus ultra datur, uel accipitur, siue ab emente, siue a vendente, tanq̃ de propria sorte recipitur. Opus.73.c°.9.

95 Dubium uero qđ tantum respectu lucri uel damni potest incidere, ex determinato tempore, illud non potest excusare a uitio usurę, qa ex eius dubio nõ innascitur aliqua iusta ęstimatio, qa speratur aliqd plus prouentum, gratia temporis determinati tantuʒ, qđ non ualet facere iustam ęstimationeʒ. Opus.67.1^{m}./.Opus.73.c°.9.

96 Conditio autem personæ per quaʒ est in dispari cultu, excusat ab vsura: si fiat ut ostendatur, solus Deus esse dñs omnium rerum, & omnia esse data, ad cultuʒ Dei promouendum: & ideo uirtute fidei, tollitur in illo casu malitia usurę, quia tunc non fit spe lucri. Opus.73.c°.7.principio.

97 Conditio quę facit hostem dignum morte, excusat a uitio usuræ, qa fit zelo iustitię & charitatis, quæ q̃tum potest, inimicos fidei. s. tyrãnos & hęreticos conatur destruere, etiam eodem iure qm̃ non potest aliter res ipsorum q̃ per usuram reqrere. Opus.73.c°.4.7.

98 Cõditio quę sumitur atqʒ reperitur in iure ratione dotis, uel paternæ pmissionis, excusat a uitio usurę: sicut cum aliquis accipit cum uxore in dotem aliq̃ hęreditatem, uel fundum, uel redditus annuos, pro aliqua certa summa pecunię in pignore, tunc potest huiusmodi fructus percipe, sine diminutione dotis, q̃diu ratio impignorationis manet. Opus.73.c°.7.

99 Conditio quę potest accipi ex natura rei, excusat a uitio usurę. s. qm̃ res quæ accipitur in pignore, est illius q accipit in pignore de iure, sed de facto detinetur uiolẽter ab alio: tunc potest ille percipere fructus pignoris, ultra sortem, eo q ut suum recipit, & non ut alienuʒ. Opus.73.c°.7.

100 Conditio quę dicitur interesse, siue damni recompensatio, & non spes lucri, potest excusare a uitio usurę: ut siquis mutuo dederit gratis, usq; ad terminum aliqueʒ determinatum, in quo indiget sua pecunia pro aliqua necessitate, & mutuum non fuerit redditum ad prædictum terminuʒ, potest mutuans repetere ultra sorteʒ, quicquid damni incurrit propter defectum solutionis: & hoc modo potest etiaʒ fideiussor repetere usuras a debitore, quas persoluit creditori propter defectum debitoris, quia ibi patet ratio iustitię, quia non spe lucri accipitur, sed pro recompensatione damni. 22^{e}.q.78.2.1^{m}./.3.c./.Opus.67./.Opus.73.c°.7.14.

101 Si dubium uel periculum excusare ualeant conditiones siue circunstantię, hoc non erit, nisi habeant uirtutem tollendi rõnem usurę uerę dictę. Opus.73.c°.6.

102 Conditio quę sumitur tantum ex spontanea oblatione, excusat a uitio usurę, scilicet quando tam ex parte dantis q̃ accipientis, gratis aliquid offertur. 22^{e}.q.78.2.0./.Ma.q.13.4.10^{m}./.Opus.21.q.3.q.4./.Opus.73.c°.4.7.

103 Causa propter quaʒ huiusmodi conditiones excusant a uitio usurę, est: quia scilicet nulla circunstantia potest transmutare in moribus de bono in malum uel econuerso, nisi quę tollit de natura sui rationem bonitatis uel malitię. Opus.73.c°.7.

104 Vsura igitur in mutuis vitium est dupliciter. s. primo quia corrumpit liberalitatem, cuius est mutuum dare. Et hanc rationem vitii tollit vltima conditio. s. quando gratis aliquid vltra sortẽ datur vel accipitur. Corrumpit etiã debitũ finẽ. s. qm̃ aliquid accipitur spe lucri, & sine recõpensatione iusta. Et hanc malitiam tollit prima conditio, & secunda, & quinta. Opus.73.c°.7.

105 Contingit etiam aliquando vsuram accipere in aliis contractibus, in quibus aliquid petitur plus quã detur, sine causa. Et hoc etiam excusari potest oibus modis prædictis, & duobus etiam aliis. Opus.73.c°.7.

106 Et hoc potest contingere, quãdo illud quod vltra sortem recipitur, fit suum iure naturæ, sicut fructus pignorum pro dote vxoris, vel pro prouisione filiorum, vel potest fieri suum iure æquitatis: sicut res ipsa quæ impignoratur, quando secundum ęquitatem erat illius qui fructus percipit. 22^{e}.q.78.2.6^{m}./.Opus.73.c°.7.

107 In vsura vero est vitium siue malum, per viam fictę ęquitatis, quia fœnerator rem vel pecuniam transferens, ut per translationem aliquid plus recipiat quã dederit, semper aliquam ęquitatem, in acceptione superabundantiæ pretendit, quę non potest esse, nisi tẽpus illud, in quo huiusmodi gratiam facit, & in quo expectat receptionem sortis. Opus.67.0./.Opus.73.c°.4.

108 Fœnerator de re non sua, & quę est æqualiter accipiẽtis & dantis, & quę gratis a deo omnibus datur, intẽdens ęquare & recompensare rem acceptam, fraudeʒ facit proximo, cuius est tempus quod sibi vendit & fraudem deo, cuius rem gratis datam, sub pretio ponit. Opus.73.c°.4.

109 Fœnerator de tempore quod cõmune est, recompensare intendit illud, quod plus accipit quam dederat. Opus.73.c°.4.

110 AVGMENTVM./. Secundum prolongationem temporis vel abbreuiationẽ, augmentatur superabundantia vsuræ, vel minuitur. Opus.73.c°.4.

111 Superabundantia vsurę, nullo iure uel iusto titulo acquiritur uel possidetur. Quare & malum est de sui natura & vituperabile, quia uolũtate fit humana. Opus.73.c°.4.

112 NEC LABORE./. Constat q nec labore aliquo, fit recompensatio in contractu uel acquisitione vsurę, quia tantum lucratur fœnerator dormiens, sicut uigilans, & in diebus solennibus, sicut in feriis cõmunibus. Opus.73.c°.4.8.

NON TRANSFERTVR DOMINIVM. 35.50.53.54.60.107.144.169.183.187.207.213.214.218.219.224.226.234.235.238.285.290.292.

113 Non immerito queritur a peritis, vtrum vsura sit vera res aliena, & nõ sit uera possessio accipiẽtis. Opus.73.c°.5.principio.

114 In usuris non transfertur dominium. 22^{e}.q.78.3.c.3^{m}./.quol.3.q.7.2.c./.Opus.73.c°.5.
Immo in usuris transfertur dominium, secunduʒ aliquos.4.d.15.q.2.ar.4.q.2.c./.Opus.73.c°.19.
P R ñ°. Du°.1209°.

115 Fœnerator etiam secundum leges humanas, reʒ alienam transferre in dominiuʒ alterius, secundũ id quod aliena sibi iudicatur non potest, sed secundum q sua est. Opus.73.c°.5.

116 Quidam doctorum qui theologicę magis procedunt, simpliciter affirmant, in vsura nõ transferri dominiũ. Alii uero qui iura scripta, & humanas leges attendunt, simpliciter transferri dominium dicũt. Opus.73.c°.5.principio. Dominium.17.

117 Non est restituendum nisi quod est alienum & non suum, quare usurę non sunt in dominio possidentis, 22^{e}.q.78.3.c.3^{m}./.Opus.73.c°.5.principio.

118 Cum una res simul habere duos dños nõ ualeat, a se inuiceʒ diuersos & ęquales, & omnis usura restituẽda sit ſm legem diuinam ei a quo accepta est, sicut uero dño, sequitur q restituens non habet uerũ eius dñiuʒ, & sic non erat translatum in accipientem usurã. 22^{e}.q.78.3.c.3^{m}./.q̃l.3.q.7.2.c./.Opus.73.c°.5.

119 Credimus in usura non transferri dñium, sed tantum lege humana translatum iudicamus. Opus.73.c°.5.

120 Quæ mouere possunt theologos, asserentes in usura non transferri dominium, sunt quædam authoritates, & ex iis rationes consequentes. 22^{e}.q.78.3.c.3^{m}./.quol.3.q.7.2.c./.Opus.73.c°.5.

121 E contrario mouet quosdam legistas & iurisperitos, q in usuris transfertur dominium, quia secũdum omnẽ legem res aliena cuius dominium nõ transfertur, semper est restituenda uero domino, eadem numero. In usura autem etiam secundum legem diuinam hoc nõ iudicatur. Opus.73.c°.5.

122 Sicut furta & rapinę male possidẽtur, sic & usurę, secundum Augustinum. Et malignam fœnoris excogitationem, si quis appellaret furtum, aut homicidium, non peccabit, secundum Gregorium Nissenum, Ma.q.13.4.b.2./.Opus.73.c°.5.principio.

123 Fœnerator non est uerus dñs usurarum, sicut nec raptor rapinarum, quia uterq; male possidet. Et ideo alienum possidet, & non suum. Opus.73.c°.5.

124 Licet usura sit quędam species siue modus de genere rapinę & furti, differt tamen in duobus a furto & rapina. Primo quia furtum & rapina nullam habẽt speciem ęquitatis, eo q per violentiam occultam & apertam cõmittuntur. Vsura uero aliquam speciem ęquitatis pretendit, quia uidetur ęquum & iustum, ut beneficio exhibito, reddatur aliquod emolumentum, quãuis secundum rei ueritatem, non debeatur tali beneficio aliquid ex iustitia, nisi tantum ex gratia, quod est beneuolentia & gratiarumactio. Secundo quia in usura, aliqua utilitas uidetur pretendi reipublicę, non autem in furto uel rapina. Opus.73.c°.4.fi.

125 Vsura non potest habere rationem furti uel rapinæ, nisi propter detentionem alicuius rei alienę inuito domino. Opus.73.c°.5.principio.

DE CONTRACTIBVS IN SPECIALI, SCILICET IN VENDITIONE AD TERMINVM. 18.20.31.33.35.40.64.65.67.73.vsq;.76.94.144.145.146.148.150.152.157.vsq;.162.164.168.vsq;.172.174.175.177.vsq;.180.189.191.194.vsq;.205.

126 Qm̃ antiqui hostis supseminata hũanę naturę zizania cupiditatis & auaritię, usurę uitiũ pduxit, nõ tãtuʒ in mutuis, quę lucę diuinę ueritatis, in scriptura sacra manifeste cõdẽnata eradicatur, sed etiã in aliis cõtibus diffudit, in quibus sub specie ęquitatis & iustitię humanę, quasi abscõdita fœneraẽ, idcirco in hac parte quęrentes detegere hanc malitiam, de iis contractibus in quibus latet dicemus. Opus.73.c°.8.prin°.

127 In eodẽ cõtu ſm speciẽ, potest incidere uitiũ usurę, ex intentione corrupta, & uitiũ auaritię sine uitio usurę, ex turpitudine lucri, & alias etiã põt fieri sine oi uitio, quando fit propter necessitatem uitæ. Opus.73.c°.8.

128 Supposito q in uenditione ad terminũ, cõsuetudo de dilatione solutiõis usq; ad spatiũ triũ mẽsiũ uel hmõi, fit ad cõe bonũ mercatorum. s. pro expediẽdis mercantiis siue mercationibus suis, & non in fraudeʒ vsurariam introducta, uidetur esse distinguendum. Opus.67.1^{m}.

129 Aut enim uendit uenditor, mercationes ad terminũ pdictũ, ultra quantitatẽ iusti pretii, propter expectationem, aut ſm iusti pretii quantitatem. Opus.67.1^{m}.

130 Si primo modo, non est dubium, usurarium esse con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctum, ibi expectatio temporis sub pretio, cadat. Opus.67.1m./. Opus.73.c0.10.principio.

131 Nec potest esse excusatio, si secundus uenditor sit primi minister, cum ad nullam causam liceat, pro tẽpore expectationis pecuniæ pretium augeri. Opus.67.1m.

132 Si autem uendat secundo modo. s. secundus iusti pretii quantitatem, non est usura. Opus.67.1m.

133 Est generaliter tenendũ, ꝙ in omnibus contractibus, in quibus accipitur plus a uendente uel emente q̃; dedit, & non fuerit ratio huiusmodi augmenti in usu rei, siue in natura ipsius rei, nec producta fuerit ex tẽporis aliqua cõditione existente in ipsis rebus, sed accidit incrementũ ex dilatione temporis cõcessa a uendente uel emente, ut per hoc plus accipiat: tunc talis superabundantia accepta super datum, usura dicitur, & usuræ tenet uitium: quia sine iusta ratione generatur in talibus contractibus & mutuis. Et hoc uocatur apud iurisperitos & etiã uulgariter, uendere, uel emere ad credentiã. Opus.21.o./. Opus.67.o./. Opus.73.c0.8. Credentia. Vendere. 4.5.6.7.

134 Credentia pretii persoluendi in tempore futuro, post aliquem contractum, potest incidere in contractibus sine uitio usuræ, tribus de causis. s. uel per gratiam & liberalitatem uenditoris. i. quãdo res uenditur ẽm ẽstimationem iustam pro tempore uenditionis & cõmutationis ipsius rei, & ipse uenditor expectat solutionẽ in prolixo tempore liberaliter, & per gratiam quã habet ad emptorem. Opus.73.c0.10.

135 Vel ẽm meritum & iustitiam ipsius contractus, & per gratiam uenditoris: ut siqua res uendatur in aliquo tẽpore in quo non habet tantam necessitatem & utilitatem humanę uitę: sicut in futuro aliquo tempore habitura est ẽm naturaz temporis, & uenditor rem suaz intendat uendere pro illo tempore, in quo habet maiorem necessitatem & utilitatem, & in quo plus ualitura sit, q̃; ualeat in tempore quo uenditur, iustum est ex natura contractus, ꝙ uenditor saltem expectet tempus illud, pro quo facit maiorem ẽstimationem pretii, Opus.73.c0.10.

136 Vel potest incidere credentia per accidens, scilicet ex malitia uel paupertate emptoris. Et hoc modo uendere carius rem suam, quaz ualeat tempore venditionis vel etiam quã ualitura sit probabiliter in futuro tempore, quo solutio determinatur, potest excusari a uitio usurę, per intentionem uenditoris, licet ipse cõtractus de se sit uitiosus. Opus.73.c0.10.

137 Non obstat si uenditor pro minori pretio daret, si statim sibi pecunia solueretur. Quod etiam per simile potest in aliis debitis uideri. Opus.67.1m.

138 Si enim alicui debeatur aliquid ad certũ terminũ, q̃ñcũq; de eo qõ sibi debitũ dimitteret, si sibi citius soluatur, talis imunis esset a peccato usurę. Opus.67.1m.

139 Licet enim plus debito accipere, propter tẽporis dilationem, usurã sapiat, minus tamen accipere, vt sibi citius soluatur, usuram nõ sapit, maxime ex parte eius qui minus recipit: quãuis ex parte eius qui minus dat, vbi citius soluat, videatur esse aliquis modus usurę, cũ ſtatium temporis vendat. Opus.67.1m.

140 Vide etiam in casu proposito, plus esset de usura timendum emptori, qui ut ante tres menses minus soluat, iusta ẽstimatione pannos emit, quã venditori qui minus accipit, vt citius sibi soluatur Opus.67.1m.

141 Per anticipationẽ ergo tẽporis, aliquãdo generari potest vitium usuræ, sicut per dilationẽ vel prolongationẽ. 22e.q.68.2.7m./. Opus.67.1m./. Opus.71.c0.8.

142 Ille qui ad certũ terminũ debet, si ante terminũ soluit vt ei aliquid de debito dimittatur, usurã cõmittere videtur: quia manifeste tempus solutionis pecuniæ vendit. Vnde ad restitutionem tenetur. Opus.67.4m.

143 Nec excusatur per hoc, ꝙ soluendo ante terminũ gratuatur, vel ꝙ ab alio inducitur: quia eadẽ ratione possent omnes usurarii excusari. Opus.67.4m.

144 DIFFERENTIA. 124./. Contractus usurę, non habet rationem venditionis & emptionis, nec rationem permutationis: sicut apparet ex forma verborũ, & ex translatione pecuniæ, vel rei datę mutuo: propter quod si vltra exigitur quam datur, iniusta est cõmensuratio. Opus.73.c0.4.

145 Quando ẽm equitatẽ iuris fit recõpensatio rei, sicut in venditionibus & emptionibus rerum, vel recõpensatio laboris sicut quando laborantibus redditur merces laboris: cõstat ꝙ in hac via, nõ potest inueniri usura, ratione iustę possessiõis & acquisitionis. Opus.73.c0.4.

146 Siquis rem aliquã emat pro pretio minori quã ualeat tempore emptionis, vel pro pretio equali, rem tamen percepturus in tẽpore quo ſterat eã plus valituraz: vel etiã siquis vendat rem pro pretio maiori q̃; ualeat tẽpore venditionis, ſterans tñ ꝙ tñ valitura erit tempore solutionis: si verisimiliter dubitatur, vtrum plus vel minus possit valere pro tẽpore illo, pro quo venditur vel emitur res, in talibus ratio dubii excusare potest a vitio usurę, & facere equitatẽ iustitię, licet plus accipiatur q̃; detur: eo ꝙ ratio huius dubii, ponit ẽstimationẽ valoris in rebus, ex ipsa natura rerum, quæ in tali tẽpore plus vel minus possunt valere. Opus.73.c0.6.

147 Non causa temporis tantum ibidem plus expectatur sed propter ipsam naturam rei, quę plus valet aliquãdo in uno tempore q̃; in alio, & aliquando minus. Et hoc modo ratio dubii, & periculi etiam localis, possunt excusare cõtractus aliquos, qui alias iudicarẽtur usurarii ẽm decretalẽ. Ex de vsu. c. Nauigãti. Op'.73.c0.6.

148 Si aliquis post augustum, multũ de bladO, vel de vino habeat venalia, & pro illo tẽpore mensura bladi, tres solidos tantũ valebat, & modius uini tantũ decem, & vendat bladum pro quatuor solidis, & vitũ pro duodecim, recepturus tamen pecunias, in festo Ioannis: quia nec volebat dare pro minori pretio, etiam si statim reciperet, eo ꝙ rem suam ẽstimabat tantũ valituram probabiliter in prædicto tempore solutionis: dico ꝙ non cõmittit vsuram: quia illud non accipit causa temporis sed pro natura rei, quam probabiliter & verisimiliter dubitare potest tantum valituram in tempore pro quo vendidit, etiam si non valuit tantum, in tempore in quo uendidit. Opus.73.c0.6.

149 Et hæc ratio potest applicari, ad aliquos alios contractus, etiam quando res minus emitur q̃; ualeat tempore emptionis, recipiẽda tamen in alio tempore in quo verisimiliter potest dubitari, vtrum plus uel minus sit valitura, quam empta sit: quia sic ibi non committitur vsura. Opus.73.c0.6.

150 Quod autem tantum causa temporis accidit in cõtractibus, sicut in mutuis quando aliquid sorti accedit, sine iusto titulo, quia ipse facit suum per fraudẽ. s. uendendo tempus quod dei est, & datum cõiter oĩbus, & nõ potest habere titulũ successionis naturalis, seu gratuitę donationis, seu iusti lucri, per meritum proprii laboris, uel per recompensationem rei proprię uel vsus proprię rei, est vsura. Opus.73.c0.8.

151 Omnis ꝺctus in quo aliquid plus accipitur quã datur, siue in ſte, siue in re, & hoc tantũ propter causaz temporis, vocatur contractus vsurarius. Opus.73.c0.8.

152 Si autem accipiatur plus q̃; detur, simpliciter ẽstimationem vendentis uel ementis ampliorem in uno tẽpore q̃; in alio, propter aliquã trium causaz prædictaz: uel etiam propter dilationem rei in uno tempore q̃; in alio: tunc potest fieri sine uitio usurę: quia superabundantia huiusmodi, recompensatur ex ampliori ualore rei in se pro tempore, pro quo accipitur huiusmodi superabundantia, & non accipitur pro temporis dilatione. Opus.73.c0.8.

153 Licet hi ꝺctus excusari possint a uitio usuræ, ẽm rõnẽ dictam: non tamen excusantur omnino a uitio cupiditatis, quæ hic dicitur turpelucrum: quia ratione tẽporis accidit sicut & usura, licet differẽter. Opus.73.c0.8.

154 Si autẽ hmõi ꝺctus ordinẽtur ad vsum uitę humanę: excusantur ab omni turpitudine: & ostenditur, ꝙ in huiusmodi nõ sit usura: quia usura nõ excusatur, quantũcũq; ordinetur ad uitæ necessitatem. Opus.73.c0.8.

LICITA. 204.205.222.263.296.

155 Ea quę usurarii per usuras ab aliis extorserunt, non possunt per dominos tẽporales licite retineri, nisi forsitan essent talia, quę ab ipsis dominis temporalibus, ha ctenus extorsissent: vnde si inueniũtur certę ꝑsonæ, a qb' extorserũt usuras, debẽt eis restitui. Op'.21.co.1.

156 Licet accipere mutuo sub usuris, ad bonũ sui uel alterius non autem licet inducere, ad faciendum usuras. 22e.q.78.4.o./.3.d.37.6.6m./. Ma.q.13.4.17m./. 19m./. Opus.21.q.5.fi. Vti.16.c.

NON LICITA. 131.205.220.

157 Vendere autem carius iusto, propter dilationẽ solutionis, uel emere ullius propter antipationem, est usura: nõ autem econuerso. 22e.q.77.1.1m. fi./.q.78.2.7m.

158 Si enim mercatores Tusciæ, portantes pannos de nũdinis Licinati, ut usq; ad tẽpus resurrectionis expectent pretium, plus uendant pannos quã debeant ẽm cõem forum: non est dubium esse usuram. Opus.67.2m.

159 Si autem uendant secundum cõmunem rerum, & nõ plus quã ualent, plus tamen quã acciperent, si eis statim solueretur, non est usura. Opus.67.2m.

160 Si illi qui pecuniam mutuo accipiunt sub usuris, illam usuram recaperare uolunt, plus uendendo pannos q̃; ualent, propter expectationem usq; ad certum tempus: non est dubium esse usuram, cum tempus manifeste uendatur. Opus.67.3m.

161 Nec excusantur propter hoc, ꝙ uolunt se conseruare indẽnes: quia nullus debet seruare indẽnitatem, mortaliter peccando. Opus.67.3m./. Opus.73.c0.7.

162 Et licet alias expensas licite factas, puta in portatione pannoz, possint licite recuperare de eoz uenditione: nequaquã tamen possunt recuperare usuras quas aliis dederant, cum hęc fuerit iniusta datio: & præsertim etiã cum dando usuras peccauerint si induxerunt, tanquaz occasionem peccandi usurariis prębentes, cum etiam necessitas quę ponitur ab eis, ut. s. mercatores honorabilius uiuant, & maiores mercationes faciant, non sit talis necessitas, quæ sufficiat ad excusandum peccatuz prędictum. 22e.q.78.4.o./.3.d.37.6.6m./. Ma.q.13.4.17m./. 15m./. Opus.21.q.5.fi./. Opus.67.3m.

163 Patet enim a simili: quia non posset quis in uenditione pannorum recuperare expensas, quas incaute & imprudenter fecisset. Opus.67.3m.fi.

164 Siquis uero bladũ uel uinum uendiderit uel emerit, in aliquo tempore uel loco, ut plus accipiat in alio q̃; dederit, tantũ ratione tẽporis uel loci, licet etiam res pro tempore illo tantum ualeant: tam propter intentionẽ usurariam, sit uitium usurę, quod tamen bene poterat fieri si tantũ rei nã attẽderetur, & non tẽporis uel loci causa, quę nullo modo sunt aliquid de re: nec utilitatẽ nec raritatem faciunt in rebus per se. Opus.73.c0.8.

165 Aliquis debet alteri centuz solidos, persoluendos post aliquos annos, uel annuatim, ad duos uel tres terminos, & ulr remittere debitori tertiam, uel quartã, uel quintam partem, si soluat ei in principio anni, siue ante terminos positos quando petierit, Constat autẽ ꝙ

in hoc casu, plus accipitur q̃; datur, ratione temporis. Ideo si fiat causa lucri: potest ibi esse uitiũ usurę, quoniam huiusmodi lucrum quæritur tantum ex tempore: & periculum tollitur, uel verisimiliter nõ potest dubitari de periculo, utrum magis minusue, res possint ualere. Opus.67.o./. Opus.73.c0.8.

166 Debitor iuste debebat centum solidos: & propter anticipationem temporis, tantum soluit octuaginta. Accipit ergo ultra id quod dat. s. ultra octuaginta, uiginti: quia creditoris erant illi uiginti solidi, & sunt facti debitoris ratione temporis anticipati. Ratione ergo regulę datę de causa uitii in usura, quę est, quando plus accipitur quã datur, causa temporis, potest esse huiusmodi contractus usurarius, si fiat tantum causa lucri, ut prędictum est. Opus.73.c0.8.

167 Sed hic potest cadere excusatio usurę dupliciter. s. qñ gratis & liberaliter creditor huiusmodi superabundantiam tribuit debitori, & debitor nõ causa temporis accipit: uel quando creditor per damnũ proprię rei, recõpensat huiusmodi superabundantiam: ut quãdo non potest habere pecuniam, sine alicuius rei proprię alienatione & dãno ex qua soluat creditori quod petit ante terminuz solutionis. Alias est casus usurarius. 22e, q.78.3.c./. Opus.67.1m.2m./. Opus.73.c0.8.

168 Si locans accipit aliquid, ultra rem locataz: hoc habet rationẽ equitatis: quia illud plus, recõpensatur p usuz rei locatę, qui est proprietas locãtis, & pertinet ad eius sortem. i. ad rem locatam, cuius proprietas simpliciter manet apud locantem: & ideo periculuz etiam ipsius rei, remanet apud locantem, & sic ibi non est usura, sed aliquando in uenditione. Opus.73.c0.8.

169 Sed quando quis uendit rem aliquã, non quidẽ usum tantũ ipsius, sed & proprietatem eius: cõstat ꝙ transfertur de iure periculũ rei in ementem. Et quando sic uendens res huiusmodi, tenet periculum penes se: ita sic non transfertur dominium: & ideo non est permutatio uenditionis iustę. Sed constat ꝙ emens eã, transtulit dominium pecunię quã dedit. Quare magis habet rationem mutui Et si plus ſterat propter tempus futurum determinatum, quam sit datum, sequitur ꝙ sit uitium usurę. Opus.73.c0.8.

SATA, FOETVS, FRVCTVS ET SPOLIA SYLVARVM.

170 Specialis difficultas uidetur in ꝺctibus illis, in quibus res emuntur uel uenduntur, quę ex temporis processu recipiunt incrementum ualoris uel utilitatis, sicut sunt sata, fœtus animalium, fructus arborum, & ſtolia syluarum, an ibi sit uitium usurę. Opus.73.c0.8.

171 Quia igitur hmõi res uenduntur & emuntur ut frequenter ante tempus suę utilitatis uel usus, & minus emũtur q̃; sint ualituræ in tempore suę receptionis & usus: quæstio est non immerito, utrũ plus recipere pro eis, uel ſterare, pro tempore suę receptionis, faciat usurarium contractum. Opus.73.c0.9.

172 Sine prędicto, aliter mihi uidetur esse distinguendũ, in prædictis contractibus: & præcipue quia uidemus, non de facili imminere periculum rei, in uenditione ſtoliorũ siue nemorũ, sicut in aliis. Opus.73.c0.8.

173 Possunt ergo huiusmodi res emi, tanq; necessarię ad usum uitę ementium: uel causa lucri tantuz. Si primo modo, nullum est ibi uitium usurę, quãnis plus ualiturę sint peobabiliter, tempore suę receptionis: dum tamen ęstimatio iusta sit facta tempore contractus, quæ est secundum legem naturę, & etiam secundum consuetudinem humanam, in hoc ꝙ tantum potest ęstimari res necessaria uitę humanę, quantum necessarius est usus eius, & hoc uel simpliciter: uel pro tempore aliquo determinato. Opus.73.c0.8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

174 Et quia simpliciter apud sapientes plus estimatur res perfecta,quã imperfecta,& pro determinato , estimãt res quantũ uẽdi potest inter hoies,& ideo hꝰ tales res , minus uendantur imperfectę,quã sint ualiturę pfectę, non uidetur mihi ꝙ aliquis pręter sortẽ amplius accipiat:quia sors uendita est ipsius ementis,cũ incremento suæ ualitudinis atqꝫ utilitatis. Opus.73.cº.8.

175 Si autẽ secũdo modo.i.causa lucri tm̃,fiant huiusmodi contractus,potest adhuc in eis tm̃ turpelucrum iudicari causa cupiditatis, quę oritur ex conditione tẽporis. Et potest iterũ in eis incidere uitium usurę, & hoc quando huiusmodi lucruꝫ quęrtur tantũ ex tempore, & periculum tollitur, uel uerisimiliter dubitari nõ potest de periculo,utrum magis minusue ratione temporis res possint ualere : quia in usura accipitur sors pro re iuste possessa,uel debita alicui personæ. Illud autẽ dicitur sorti accedere, quod non pertinet ad proprietatem sortis. Opus.73.cº.8.

REDDITVS POSSESSIONVM AD VITAM.

176 Emere autem aliqua bona,ut redditus uel possessiones ad uitaꝫ,quæ est tempus indeterminatũ, uel emere aliqua prędictorum ad tempus determinatum.ſ.ad decem annos,uel ad uiginti,quę duo frequẽter sunt inter homines nostri temporis: in hac considerationẽ non tantum in emptione ad uitam alicuius,potest aliquando incidere uitium usurę, sed etiam in emptione ad omne tempus. Opus.73.cº.9.

177 Dare certam pecuniaꝫ siue summã pecunię alicui ecclesiæ,pro aliqualibus possessionibus eius tenendis ad uitã dantis pecuniam,& post mortem tenentis, redituris ad ipsam ecclesiam,ſm Goffredum est usurarius contractus. Sed hoc exemplum eius , tunc ueritatem habere dicitur,quando ecclesia, aliqua necessitate impulsa,cogitur impignorare possessiones suas,quas nõ potest nec uult simpliciter alienare. Tunc enim nõ est uenditio proprie,sed impignoratio, quia qui non potest rem uel possessionẽ aliquã uendere simpliciter,nõ potest uendere eo iure ad tempus. Opus.73.cº.9.

178 Constat ꝙ licet quędam ecclesię multa possideant, tamen alienare ius possidendi non possunt,sine autoritate & consensu superioris prælati,nec simpliciter,nec ad tempus. Et ideo huiusmodi uenditiones ecclesiarum , sunt impignorationes , propter quod ſm hanc uiam,usurarius est huiusmodi cõtractus, quia fructus pignorum,non licet recipere ultra sortem , eo ꝙ non sunt de natura sortis. Opus.73.cº.9.

179 Si dans pecuniam,in huiusmodi contractu,habet ſtez uiuendi ultra id tempus,quo receperit de prouentibus totam sortem quam dederat & ultra, huiusmodi ſtes uel receptio amplior,non facit uitium usurę,nisi quãdo illud quod ſperatur uel recipitur amplius, sorti accedit,& non est de natura sortis. Aliter omnis emens agros uel animalia,ut plus recipiat in prouentibus ꝓcessu temporis,uel in ipsis rebus uenditis in alio tempore,esset usurarius , quod est absurdum dicere : quia sic omnis mercator esset usurarius. Opus.73.cº.9.

180 In uenditionibus iustis,quando aliquis dominus trãsfert dominium suę rei,cum usu eius & fructu,simpliciter siue ad tempus,constat ꝙ omnis prouẽtus rei uenditę,est de natura sortis,& non accedens sorti. Quare talis ſtes uel amplior acceptio , non facit contractum usurarium. Opus.73.cº.9.

181 Contractus emptionis,alicuius possessionis ad uitam alicuius,& contractus in quo aliquis dat centum libras ut annuatim recipiat decem quã diu uixerit, & ſteret se uicturum ad undecim annos & ultra,uel ut in decimo anno recipiat simul centum & decem libras,addita etiam conditione,ꝙ si ante moriatur, ꝙ nihil accipiat de tota summa,nõ sunt eiusdem rationis, & tantum in secundo est uitium usuræ. Opus.73.cº.9.

182 In eo qui ſperat centũ & decem libras se accepturũ in undecimo ano,iam gratia tẽporis determinati tm̃, fit recõpensatio inæqualitatis,& sic facit usurariũ ꝓtus. Sed in alio qui nõ ſperat se plus accepturũ,nisi in tempore indeterminato,& ex re empta iuste ſm naturã, tũc nihil accipitur ultra sortẽ,sed totũ ſperatur ut suũ, & de sorte sua,nõ factũ suũ propter rationes tẽporis, sed propter naturam contractus. Opus.73.cº.9.

183 Cum dicitur ꝙ quando fit numismatis translatio ad alterum, ut seipsum augeat & multiplicet , fit tochos .i.uitium usurę ſm pfm,uerus est:quare cum in emptione redditũ ad uitã,fat translatio pecuniæ ad hoc ut seipsum multiplicet, uidetur semper & naturaliter esse uitium usurę,dissoluendum est,ꝙ intentio pfi,ut apparet ex dictis suis est , ꝙ numisma inuentum est causa translationis aliarũ rerũ,quarũ usus, uitę humanę est necessarius. Et ideo quandocunq; aliquis utitur translatione numismatis,ut per numismata,alia eiusdem generis multiplicentur,fit abusus numismatis, & inhonestus cõtractus , & uocatur tochos.i.parens rei. Et hinc constat mihi ꝙ huiusmodi contractus de quo est sermo,non est tochos. Opus.73.cº.9.

184 Et si redditus,pecunia emantur ad uitam, tamen ex natura contractus non habetur , ꝙ ad hoc emantur ut pecunia pecunię addaꝫ,sed ut de ipsa pecunia empta,res necessariæ uitę humanę emantur. Et hic finis contradicit fini propter quẽ fit tochos. Opus.73.cº.9.

185 Vt in pluribus in hoc cõtractu,non pecunia numerata,sed ipsę res emuntur,quæ uel per fructus suos referuntur ad hominis usum,ut ager & possessiones aliæ, uel per seipsas,ut triticum,uinum,oleum,& huiusmodi. Tochos autem est,ut dicit philosophus , numisma numismatis. Opus.73.cº.9.

186 Tunc ſm pfm tochos est, quando acquiritur pecunia per pecuniã,ad similitudinem generantiũ similia sibi. Constat autẽ ꝙ quando similia ex similibus generantur ad multiplicationẽ,ꝙ generantia saluantur & nõ corrumpuntur in generationibus suis. Opus.73.cº.9.

187 Sed qui dat centum libras,ut habeat decez annuatim quãdiu uixerit, constat ꝙ non est ibi ratio generationis , eo ꝙ non manent centum libræ uel in potestate uel dominio dantis cuꝫ sua genitura, sed penitus sunt translatæ ab ipso:nec manent etiaꝫ in iure repetendi, sicut fit in tochos. Quare magis debet uocari huiusmodi cõtractus tranſmutatio rei pro re,quaꝫ gſiatio alicuius rei ex re. Et sic apparet,ꝙ ratio de tochos,nihil est ad propositum in huiusmodi ꝯctibus. Opus.73.cº.9.

188 Cum dicitur ꝙ ex lege diuina habetur,ꝙ quãdo quis emit possessiones proximi sui,percepta sorte ex prouentibus fructuũ, non liceat ementi aliquid ultra recipere,& ꝙ omnis emens ad uitã possessiones uel redditus,ſperat ultra sortem datam aliquid accipere & recipit si uiuat ultra,ſm ꝙ ſperat,dicendũ ꝙ lex illa ſm literam intellecta,est diuina, sed tamen est temporalis,sicut & aliæ leges multę,quæ tantũ ſm literalẽ sensum in figura datę sunt illi populo. Et ideo sicut obseruantia iubilei,nõ manet in populo Christiano, ita & leges quę propter iubileum datę erant, quaruꝫ una erat lex adducta,sicut apparet in textu. Opº.73.cº.9.

189 Et iterum si consideretur id quod morale est in lege ista,quam exponit glosa inducta, inuenitur nihil facere contra naturam horum contractuum, sed tantum modo contra peruersas intentiones diuituꝫ ementiũ, qui secundum ꝙ dicit glosa,molesti de pauperum necessitatibus negociantur, & studentes possessiones aliorum acquirere,quando tenentur ex fraterna charitate eis indigentibus accomodare , & accomodata paulatim de fructibus agrorum recipere. Et sic euidenter apparet ꝙ hoc accidit in huiusmodi contractibus , & non est de natura contractus , in quo frequentes siue indigentes non uendunt,sed emunt. Opus.73.cº.9.

190 Et nec lex,nec glosa de se infert uitio usurę huiusmodi contractum per naturam, sed tantum per accidẽs. Opus.73.cº.9.

191 Cum dicitur ꝙ in talibus cõtractibus, semper aliquid ſperatur,uel accipitur ultra quã datur,causa solius temporis,& ꝙ hęc causa,facit contractum usurarium,dicendum ꝙ tempus potest referri ad aliquas rerũ permutationes,ut conferens aliquid iusti ualoris, uel auferens. Et hoc modo si causa temporis plus uendatur uel minus , non erit huiusmodi contractus usurarius. Pluris enim æstimatur & iuste mensura tritici in ęsta te,quã in autumno cęteris paribus , hoc est quantum est de natura temporis. Et ideo siquis accipiat plus de blado endito pro tempore ęstatis,quã dederit in autumno quando bladum emit, nõ iudicatur usurarius, dum tamen pro illo tempore solo,uelit bladum uendere,& non pro alio. Opus.73.cº.9.

192 Plus & iuste appretiantur decem libræ ad omne tempus annuatim,quã ad aliquod tempus particulare,uel plus & iuste eadem ratione ad tempus iuuenis, quam senis,& hoc ex natura temporis, & tamen non iudicatur usura , siquis emit decem libras ad omne tempus,id quod plus recipit, uel ſperat recipere quã dederit,licet ex tempore illud plus sibi accidat,& certitudinaliter. Quare nec similiter is qui plus recipit de eo quod ad tempus aliquod particulare emit, debet iudicari usurarius. Et hęc est una causa,quia per naturas temporis,facta est res sua, cum suis prouentibus. Et ideo totum est de sorte propria. Opus.73.cº.9.

193 Potest etiam in contractibus, tempus considerari ut nihil conferens,uel auferens de natura rei , ex natura temporis:sed tantum consideratur ut mensura durationis extrinseca,ut quando ratione temporis sic accepti,aliquid plus accipit uel ſperatur quã datur,iã patet uitiũ usurę uel iniustitię: quia illud plus quod ultra datum accipitur,nec ex natura rei recõpensatur,nec gratis datur uel accipitur. Et ideo nullo iusto titulo potest fieri propriũ,sed semper est alienum. Opus.73.cº.9.

194 In contractibus in quibus certi redditus uel possessiones emuntur ad tempus determinatuꝫ,sicut cũ aliquis habet redditus certos, ut parochia, uel prabenda, uel ex patrimonio,uel aliũde, & huiusmodi redditus uult uendere ad sex annos uel ad aliquod tẽpus determinatum,ut simul habeat paratam pecuniã,an licitæ & absq; uitio usurę possint emi pro minori pretio , quã ualeãt in annis tot acceptis,mihi uidetur etiã ex parte ementis,iustum posse fieri contractuꝫ, & iustũ esse, quantum est de natura contractus. Opus.73.cº.9.

195 Potest autem fieri iniustus per accidens dupliciter.ſ. uno modo quando corrumpit charitatem debitã fraterni.i.quando emens uidet fratrem in necessitate corporis uel animę,propter quam oportet eum uendere redditus,uel possessiones suas,tunc emens si diues fuerit,potẽs sine dãno,proximo subuenire,dico sine prę iudicio,ꝙ tenetur ei mutuo dare,& loco pignorũ,prędictos redditus uel possessiones accipere,donec acceperit quod accõmodauerat. Alio modo potest fieri iniustus contractus ex parte ementis,propter corruptionẽ finis debiti, qui est ad utilitatem uitæ humanæ. Vnde quando causa lucri tantum , & augmentationis diuitiarum fit,tunc est turpelucrum. Sed primo modo,reducitur ad uitium usuræ. Opus.73.cº.9.

196 Natura huiusmodi contractus , habet in se tria , quæ

ipsum iustum ostendunt. Vnum est,ipsa uendentis liberalitas,qua potest rem suam dare gratis,uel permutare pro re minoris pretii,quã sit sua res. Et secundus hoc , nullum incidit usurę uitium in emente , quia id quod accipitur,totum est de uoluntate libera domini. Aliud est ipsa æquitas permutationis rerũ,quia quando res uenditur pro tanto,quanto ęstimatur iuste, siue a uẽditore & emẽte,siue ab iis q̃ sunt legis positiuę, ministri tunc est iustitia in pmutatione. Sed cõstat ꝙ uendens nõ potest plus habere pro tempore pro quo uendidit, & etiam res futurę per tempora , non sunt tantę ęstimationis,sicut eędem collectę in instãti , nec tantam utilitatẽ inferunt possidentibus,propter quod oportet ꝙ sint minoris ęstimationis. Tertium est ipsa ratio sortis,quia quod plus accipitur, quã datur,est de ratione sortis,eo ꝙ emens totum emit,quod euenturum erat tempore determinato. Et ideo nõ ultra sortem propriam accipit , sicut nec ille qui emit redditus ad omne tempus. Opus.73.cº.9.fi.

197 Hę sunt rationes, huiusmodi cõtractus iustitiã ostendentes,per quas etiam dissoluitur ratio contraria,quæ uidebatur ostendere usurarium contractum, quia &si plus accipitur quã datur,hoc fit de natura rei permutatę. Et illud plus non est accedens sorti,sed est de sorte ementis,sicut etiaꝫ plus accipitur quã datur in iis possessionibus , quę emuntur hęreditate ad omne tẽpus. Opus.73.cº.9.fi.

198 Quando res carius uenduntur propter temporis dilationem tantum,quam ęstimentur in tempore uenditionis , quia uidemus hanc rationem fere in omnibus uenditionibus fascellorum lignorum,qui per centenarios & millenarios generaliter uenduntur , an iustitia possit inueniri,in huiusmodi contractibus, an simplici ter sint usurarii, credo sine prędiudicio aliorum , posse excusari huiusmodi contractus a uitio usurę, & maxime quando uerisimiliter est dubiũ,res huiusmodi plus minusue ualituras tempore solutionis. Opus.67.1m.ſ. Opus.73.cº.10.principio.

199 Inuenitur etiã huiusmodi contractus in dominis principalibus,qui ſyluas & nemora uendunt, persoluenda in tempore quo est ipsorum usus conuenientior,quã fit in tempore uenditionis, inuenitur etiam in mercatoribus, qui ab ipsis dominis emũt ſyluas & nemora, per mensuras terræ,& ex ipsis fascellos faciunt , quos ulterius uendunt per numerum. Vtriq; ergo propter credentiam, quam faciunt usq; ad tempus , uendunt carius ligna,quam ualeant tempore uenditionis. An fit ibi contractus usurarius , dico ꝙ non propter dilationem solutionis in prolixo tempore, huiusmodi res carius uenduntur , sed propter iustam ęstimationem rerum,quę in tempore futuro,quo determinata est solutio, sunt plus ualiturę probabiliter, quã in tempore uenditionis. Et sic non plus accipitur quã datur ratione temporis tantum , sed seruatur æquitas iustitiæ inter datum & acceptum pro tempore pro quo fit uenditio. Opus.73.cº.10.

200 Si uenditor rem suam intendat uendere carius, non propter tempus tantus, sed tantum propter damnũ, quod sibi uidet imminere ex dilatione persolutionis recuperandę,seu propter uexationem suam redimendam,quam probabiliter timet futuram sibi in repetitione debiti sui, propter malitiam , uel impotentiam debitoris , tunc excusatur a uitio usuræ , & fit æquitas ęstimationis in huiusmodi contractibus, per recompẽsationem dãni,uel quando probabiliter timentur hæc in credẽtia accidere. Et tunc rectitudo huiusmodi intentionis apparet, quãdo uenditor optaret potius nõ uendere talibus,q̃; uendere ad credentiam,& quando

libenter daret aliis pro minori pretio incontinenti p-
soluendo, quã uendere ad credentiaz talibus pro pre-
tio maiori: nisi uenditio habeat rõnẽ mutui. 22ᵉ.q.78.
2.1ᵐ./.7ᵐ./.Opus.67.3ᵐ./.4ᵐ./.Opᵉ.73.cº.10.11.fi.
201 Vno autez modo, credentia facit contractũ usurariũ,
scz quãdo propter ipsam credentiam, res uenditur ca-
rius, quã ualeat simpliciter, uel quã esset ualitura proba
biliter, tempore solutionis: uel etiam si tantum sit ua-
litura uerisimiliter: tamen ipse uenditor, alias res suas
non uenderet: nisi plus acciperet, propter ipsam credẽ
tiam, & tunc uenditio habet rationem mutui. 22ᵉ.q.
78.2.7ᵐ./.Opus.67.3ᵐ./.Opus.73.cº.10.11.
202 An autem liciti sint contractus & absq; uitio usuræ, 208
quando pro minori pretio incontinenti persoluendo,
aliquę res emuntur, ut bladum in terra, tempore hye-
mis, & syluę & nemora, adhuc per tres annos uel am
plius crescituræ, ante aptum tempus incisionis, quã ua
liturę sint iuste, in tempore suę collectionis & receptio
nis: ut bladum in terra in tempore hyemis, pro mino
ri pretio quã ualiturũ sit iuste, tempore augusti quan-
do colligitur: credimus sine prejudicio melioris senten 209
tię, tales cõtractus posse fieri, absq; uitio usurę. Opus,
67.3ᵐ./.Opus.73.cº.10.
203 Vnaquęq; enim rei æstimatio iusta, dependet ab utili
tate uel necessitate ipsius rei. Constat autem q̃ nõ est
tanta utilitas uel necessitas alicuius rei imperfectę: si- 210
cut est eiusdem perfectę. Quare nec rectę tanti pretii
æstimanda est, cũ adhuc est imperfecta, & longe a per-
fectione sua, sicut cum iam est perfecta. Sed huiusmodi
res. s. bladũ in terra, & syluę, & nemora ante tẽpus in
cisiõis, emũtur in tempore suæ imperfectionis. Quare 211
absq; uitio usuræ debẽt æstimari minoris pretii, q̃; sint
ualiturę in tempore suę perfectionis. Opus. 73.cº.10.
204 Illud quod per naturã temporis accrescit alicui rei: iu 212
ste est illius, cuius est ipsa res: vt siquis emit terras fru
ctiferas, uel arbores, uel animalia fructifera: quicquid
emit per naturam temporis; non tantũ per exercitiu
laboris: iuste fit illius, cuius sunt huiusmodi terrę, arbo
res, uel animalia. Quare cum per naturam temporis, 213
segetes in terra satę, ueniant ad maiorem valorez, &
similiter syluę & nemora: sequitur q̃ quicquid proue-
nit ultra pretium datum iuste: & absq; uitio usuræ fit
illius qui emit ipsa, & cedit in propriam sortem. Qua
re nihil accipit ultra sortem, licet plus accipiat emens
quã dederit. Opus. 73.cº.10.
205 Hoc autem dicimus quantũ ad naturam contractus:
licet tamen per accidẽs per intentionẽ ementis, pos-
set esse turpelucrum, quando. s. tantũ intenditur aug-
mentatio lucri & diuitiarũ, prouenientes ex natura tem
poris, sine exercitio laboris, & sine dubio periculi, pro- 214
babiliter possibilis euenire. Et alio modo, etiaz potest
esse contractus usurarius: quando. s. aliquis cogitur ta
lia uendere ante tempus congruũ, ea necessitate, pro-
pter quã emptor, fraterna charitate tenetur uenditori
mutuum dare si voluerit. Sed si attendatur natura cõ
tractus fm se: non pro dilatione temporis plus accipi
tur ab emẽre, sed pro natura & utilitate rei, facta vel
ducta ex natura temporis. Opus. 73.cº.10.
206 Dare decem modios in hyeme, vt recipiat quindecim
in messe æquiualentes, habita ratione pecunię: non est
usura. 3.d.37.L.fi.
207 COMMISSIO./. De iis autem quæ cõmittuntur
bonę fidei aliorum ad lucrum: mihi videtur dicendus,
q̃ aut cõmissio sit pecunię, uel alterius rei, ita q̃ trãs-
ferr̃ in toto vel in parte rei cõmissę in potestatem eius
cui cõmittitur: aut ita fit cõmissio, q̃ non transeat do-
minium, sed remanet tota res cõmissa in dispo cõmit-
entis. Primo modo est vitium usurę: eo q̃ sperat lu-
crum iam de re non sua, quia iam erat translata per
cõmissionẽ in dominium alterius. Et in hoc cõmissio
assimilatur mutuo. Sed secundo modo potest sperari
lucrum, sine vitio usurę: quia tunc cõmissa est pecunia
uel res alia, sicut seruo uel ministro, qui de re domini,
negociatur ad utilitatẽ dñi sui. Et ideo cõmittens po-
test sperare lucrum, sicut ex re sua. Et sic lucrum non
accedit sorti, nec possidetur sine iusto titulo: quia sicut
rei proprię partum recipit: nõ tamen partum numis-
matis ex numismate immediate: sed partum ipsarus
rerum quæ per numismata sua sunt acquisitæ iusta cõ
mutatione. 22ᵉ.q.78.2.5ᵐ./.Opus.73.cº.11.
In toto vel in parte ideo dictum est: quia si aliquis cõ
mittit centũ alicui, ita q̃ medietatez ei mutuet, & aliã
medietatem suo retineat dñio, ita tamẽ q̃ de illis cen
tum debeat negociari ad lucrũ ille cui cõmittitur: dico
q̃ hoc lucrum iam habet vitiuz usuræ propter hoc, q̃
non tantum ex re commissa speratur lucrum: sed etiã
pariter ex re mutuata & commissa. 22ᵉ.q.78.2.1ᵐ./.
5ᵐ./.Opus.73.cº.11.
Et sicut in logica, locutio falsa iudicatur, propter falsi
subiectionem, licet veritatem directe significet, sicut si
dicatur, homo volans est animal: ita in moralibus,
actio vitiosa iudicatur quando vitio permiscetur, vt
est in proposito casu usurę. Opus. 73.cº.11.
Dare autem pecuniam mercatori uel artifici, per mo
dum societatis, cum pacto uel spe lucri, ita q̃ cum peri
culo ipsius cõmittentis mercator de ea negociatur, vel
artifex operatur: licitum est: nõ autem in mutuo. 22ᵉ.
q.78.2.5ᵐ./.Opus.73.cº.11.
Dãs vero pecuniã usurario, vt usuras exerceat, vel vt
copiosius exerceat, peccat: nõ autẽ si det pecuniã vt tu-
tius seruet. 22ᵉ.q.78.4.3ᵐ./.Ma.q.13.4.18ᵐ./.19ᵐ.
Siquis autem pecuniam alicui nauiganti commiserit
mutuo, propter spem alicuius lucri, licet periculum etiã
sortis super se receperit, nihilominus iudicatur usura-
rius: etiam si totum amiserit, secundum decretalem.
Opus. 73.cº.6. principio./.cº.14. principio.
Quod liceat alicui mercatori, cõmittere pecuniã suam
alteri eunti ad nundinas ad lucrũ, sine vitio usurę: po-
test intelligi dupliciter. s. quia aut est simpliciter cõmis-
sio, quę fit proprię rei, bonę fidei alterius. Et sic nõ in-
cideret usurę vitiũ. Aut est cõmissio fm quid: sed est
simpliciter translatio: sicut est in mutuo. Cõmissionez
vero fm quid dico: inquantũ cõmittens nõ retinet pe
riculum super se rei cõmissę. Et hoc modo propter ra
tionem translationis quę debuit fieri gratis sine spe lu
cri, incidit vitium usurę. Et in hoc casu loquitur decre
talis. Opus. 73.cº.14. prinº.
Dare pecuniã aliquã determinatã mutuo aliis merca
toribus tali pacto, q̃ similẽ & equalem in numero &
pondere persoluent creditoribus illorus, a quibus acci-
piunt: in nundinis aliquibus determinatis fm locũ &
tẽpus. Verbi gratia: Balduinus a Gualtero accipit cen
tum libras sterlingorum mutuo in Francia, in mense
augusti: ita q̃ centum libras sterlingorũ soluet Baldui
nus pro Gualtero in Ianuario sequenti, in quibus te-
nebatur Gualterus suis creditoribus: vel si nõ credito-
ribus tenebatur, ipsi mutuanti, in tali loco, & in tali tẽ
pore: potest contingere tripliciter. s. quia aut mutuãs,
tempore translationis æstimat dictã monetã plus vali
turam in loco uel in tempore, quibus est persoluenda.
Verbi gratia. Sterlengi plus valent in Anglia quaz in
Francia. Et tunc nihil est ibi culpabile. Aut timet p-
babiliter minorationem pretii. Et tunc dicendum, q̃
mutuans cõmittit usuram: quia lucrum sperat ex mu-
tuo. Aut mutuans, nihil lucri in mutuando intendit,
siue ex tempore, siue ex loco: sed tantũ ob fauorem &

gratiam proximi hoc mutuat. Et tunc nihil culpabile
ex hoc incurrit. Opus. 73.cº.14.
215 Aliquis habens pecuniam aliquã specialẽ, quam timet
in tempore futuro minorandã in suo pretio, fm sta-
tuta legis positiuę, & propter hoc, huiusmodi pecuniaz
dat mutuo, sibi reddendam in equali pretio quod erat
tempore mutui, respectu pecunię terrę, cõis æstimatio-
nis: cum huiusmodi mutuum videatur factum spe lu-
cri: an sit in eo vitium usurę. Opus. 73.cº.14.
216 Vel aliquis habens sterlingos, valentes quatuor turo-
nenses, timet ne in futuro tẽpore, per autoritatẽ legis
positiuę tantũ sint valituri tres turonenses: propter quã
causam, dat mutuo sterlingos, & post diminutionem
pretii ipsorũ, nõ tot penitus vult recipere sterlingos in
numero & pondere, quot dederat mutuo: sed fm pre
tium in turonibus, cuius pretii erant tẽpore mutui: an
in tali mutuo, sit vitium usurę. Opus. 73.cº.14.
217 Ad hęc dicendũ: q̃ in huiusmodi, aliud est vitare dã-
num, & aliud est sperare lucrũ: quia primũ licet, nõ aũt
secundum. 22ᵉ.q.78.3.c./.Opus.73.cº.14.
218 Quando autem res fructuosę ad lucruz cõmittuntur,
vt sunt agri, animalia, & horti: patet veritas ex prędi
cto casu usurę, quando res transfertur & committitur
vel in toto vel in parte. Opus. 73.cº.11.
219 In his tamen rebus cõmissis ad lucrũ, magis & minus
liquet iustitia permutatiua: quia quando ager, vel ter-
ę cõmittuntur excolendę ad lucrũ: satis apparet iusti-
tia: eo q̃ non transfertur dominiũ, & nihil vltra perci
pitur de fructu proprię rei. In animalibus vero, vt 227
quando oues, vel boues, vel porci, cõmittuntur nutriẽ
da propter lucrum, non ita liquet iustitia: quia aliquan
do solet in huiusmodi cõmissionibus, fraus vsuraria
cõmitti: vt quando excluditur periculum principalis
cõmissi a cõmittente. Opus. 73.cº.11.
220 A liquis dat centum oues, ad nutriendum ad lucrum,
ita tamen q̃ centum oues sibi semper saluę maneãt,
quicquid contingat: in hoc casu potest incidere fraus
usurę: & hoc quando ultra iustam æstimationem: ta-
xat ipse cõmitens, sibi portionem lucri, propter quam
non recompensatur labor & solicitudo nutrientis, se-
cundum iustam æstimationem. Opus. 73.cº.11. 229
221 Solet etiam & alia fraus in talibus fieri. s. quãdo dues
alicui pauperi mutuat centũ libras: vt ex eis oues vel
boues nutriendos emat, ad lucrum illius qui mutuum
dedit, & ad lucrum illius alũni. Dico ibi fraudem usu-
ræ permistam esse: eo q̃ iam radix huiusmodi lucri, ex
mutuo oritur. Et ideo vitio usurę inculpatur huiusmo 230
di commissio. Opus. 73.cº.11.
222 Tunc ergo huiusmodi cõmissiones, licite fieri possunt
& sine vitio usuræ: quando mutuũ vel similitudo mu
tui, non permiscetur in talibus: sed dominium retine
tur, cum periculo quod cõmuniter accidere potest: vel
quando etiam dominium rei cõmissę cõmunicatur ei
qui eã suscipit ad nutriendũ ad lucrũ, & similiter peri-
culũ cõicatur vtriq;: & quando fm iustam æstimatio-
nem taxatur lucrus, per quod iuste recompensatur la- 231
bor & solicitudo alumni. Opus. 73.cº.11. fi.
223 Quædam in consuetudinem deducta, habentur pro iu
stis legibus, quę magis deberent dici corruptelę q̃mis-
sę, q̃; cõsuetudines approbatę. Et hoc videmus in hac
materia usurarum, secundum regiones & ciuitates di
uersas, quantum ad pupillorum & orphanorum tute- 232
lam. Vnde dico, q̃ non possunt pupilli, quando sciunt
veritatẽ, retinere superabundantias suaz rerũ per usu
ram acquisitas. 12ᵉ.q.108.3.2ᵐ./.Opus.73.cº.12.
224 Distinguendum est tamen primo, de causa & origine
huiusmodi superabundantię. s. quia aut acquiritur per
fructus ipsarum rerum quę sunt pupillorum, ut sunt
agri, animalia & huiusmodi: aut per solam translatio
nem rerum, & propter ipsam translationem. Et quia
pecunia, sola translationis causa instituta est, vt dicit
philosophus: ideo huiusmodi causa prędicte apparet
in usu pecuniæ, cuius usus est in translatione rerum,
fructum habentium. Et sic ibi aliquando est vitiũ usu
rę: & aliquando non. Opus. 73.cº.12.
225 Si enim primo modo aliquę superabundantię acqui-
rantur pupillis, nullum de se habent vitiũ usuræ: tum
quia in hoc nõ inuenitur lucrũ ex mutuo speratum vel
acceptũ: tum quia nihil accedit sorti: eo q̃ fructus, ex
talibus rebus partus, nãliter ipsas res comitatur, & est
de natura sortis, & non accedit sorti. Opus. 73.cº.12.
226 Secũdo autem modo, adhuc distinguendũ est: quia su
perabundantia huiusmodi, quæ est ex translatione re-
rum vel pecunię aut datur vel oritur pupillis ut lucrũ,
ex retentione rerum suarum ortum habens. Et hoc
modo est ibi vitium usurę, & non licet eis lucrum reti
nere: quia detentio rerum, non parit rationem alicu-
ius lucri, inquantum detinentur: nisi fm q̃ vtilitatem
habent, & fructum afferunt. Aut non datur huiusmo
di superabundantia vt lucruz: sed vt gratia vel don-
Et tunc licet retinere eis. Et per istam rationem, ex-
cusat consuetudo usurarium vitium in multis ciuitati
bus. Et huius signum q̃ gratis sit datum, accipitur ex
eo, q̃ præter voluntatem pupillorum, determinant si-
bi superabundantiã, quã dant eis, & q̃ nunq; repetũt,
nec repeti faciunt a pupillis aliquid. Opus. 63.cº.12.
Ex iis liquet, q̃ si tutores pupilloruz, scienter pecuniã
pupillorum dederint ad usuram, per se vel per alios:
q̃ huiusmodi superabundantia rei, est aliena, & iniu-
ste possidetur etiam a pupillis quandocunq; sciuerint.
Quod si pupilli nolunt restituere: tutores ad id facien-
dum compellendi sunt. Opus. 73.cº.13.
RESTITVTIO. 55.71.89.90.117.118.121.142.
155.227.
228 Vsurarius tenetur restituere, quicquid accepit de usu-
ris, & fructus, & interesse: non autem quę lucratus est
cum eis etiam emendo possessiones. 22ᵉ.q.78.3.o./.
quol.3.q.7.2.o./.Opus.67.o.
Quod autem ad restitutionem usurarum lex diuina,
lex naturę, & iura obligent, satis liquet ex præmissis,
& ex natura ipsarum usurarũ. Quia enim superabun
dantia usurarum, nullo iusto titulo possidetur: ideo iu
ste retineri non potest & iniuste possidetur. Opus. 73.
cº.15. principio. Decimę.26.
Quod iniuste possidetur, alienũ est: & alicui alteri pro
prium esse debet, fm Augustinum. Quare cuz omnis
superabundantia usurarum, sit tanquã res aliena ipsi
usurario iniuste possidenti: sequitur q̃ sit propria alte
rius, qui ipsa destitutus est. Sed hoc est iustum fm om
nia iura, q̃ omnis res destituta contra iustitiã: restitua
tur. Restitutio enim semper restituit destitutionẽ. Qua
re secundum omnem iustitiam naturalez, usurę resti-
tuendę sunt. Opus. 73.cº.15. principio.
Lex diuina iubet restitutionem usuraruz fieri: sicut &
rapinarum. Et voco legem diuinam, quæ in canone
sacrę scripturę, & in decretis sanctorum patrũ, & con
ciliis continetur, quia ius diuinum est quod diuinitus
promulgatur. 22ᵉ.q.57.2.a.3.3ᵐ./.Opus.73.cº.5./.
15. prinº. Eleemosyna.13.14. Oblatio.8.
Lex vero humana, usuras non iudicat res alienas.
Opus. 73.cº.5.
Quantum est ex lege diuina, debet compelli fœnera-
tor, ad eandem in numero restitutionẽ, si manet ipsa
res in potestate fœneratoris eadem: nisi per assensus
repetentis liberetur. Alias tenetur pro ipsa valorem
restituere. Opus. 73.cº.15.

Universidad de Deusto Biblioteca

234 Si res non manet in potestate fœneratoris eadem, sed consumpta est, vel translata in alterius dominium, qui est bonæ fidei possessor, tunc compelli debet fœnerator ad restitutionem æquiualentis. Opus. 73. c°. 5. / c°. 30.

235 Verum quia lege diuina, vsura iudicatur res aliena, debet eadem lege iudicari non posse per fœneratorem iuste transferri in alium, sine consensu domini veri. Opus. 73. c°. 5.

236 Quia res per vsuram acquisitæ, corrumpunt dominium iustum tantũ in persona acquirente, & detinente, non autem proprie corrumpunt bonum ciuile humanũ. i. pacem, quia non contra voluntatem dantis simpliciter, sunt acceptæ: ideo sufficit iudici, qui secundum legem dei iudicat, ꝙ fœnerator tantum satisfaciat quãtum ad deum. s. vt tantum restituat quantum accepit contra legem dei. Opus. 73. c°. 5.

237 Quia res accepta per vsuram, non est faciens iniustum ex parte dantis in lege humana, sed neq; etiam in lege dei, nisi per rationem solam ex parte fœneratoris: ideo eandem rem non compellit iudex per legem aliquam restituere nec est necesse, propter causam dictam. Opus. 21. co. 1. / Opus. 73. c°. 5.

238 Si aliquis accepit equum, vel pecuniam, vel rem aliam quancunq; in vsuram ab alio, non tenetur eandẽ rem numero restituere secundum leges, sed tantum sufficit, si valorem rei restituat: sicut si fœnerator, equum acceptum in vsuram, vendiderit alteri, vel dederit, cõstat per leges, ꝙ transfertur dominium, & ꝙ non cõpetit repetitio eiusdem equi illi qui fœneratori equum dederat pro vsura. Opus. 73. c°. 5.

239 Siquis alicui aliquam pecuniam dederit mutuo. s. centum libras ad decem annos, ita ꝙ si infra hoc tẽpus mortuus fuerit alter ipsorum, liberatus sit a debito & a mutuo qui ipsum acceperit, si vero superuixerint ambo, dabit post decem annos qui mutuum accepit, ducentasquinquaginta libras, ei qui mutuum dederat, nõ excusatur propter dubium & periculum ab vsura, secundum deretalem. Opus. 73. c°. 6. principio.

240 CVI. / Vsuræ non solum sunt restituendæ, sed etiam illi soli aliqua res est restituenda, qui ipsa re vel æquiualenti destituitur iniuste. Sicut enim restitutio facienda non est, nisi eius rei quæ iniuste possessa est, sic nec alicui vel aliquibus restituenda est, nisi illi vel illis, qui ea iniuste destituti sunt. Opus. 73. c°. 16. principio.

241 Ex hoc concluditur primo, ꝙ illis solis facienda est restitutio vsurarum, qui iuste illarum rerũ domini erant quæ restituendæ sunt ante destitutionẽ iniustam. Opus. 73. c°. 16.

242 Vlterius cõcluditur, ꝙ defunctis illis qui expoliati fuerant, iam restitutio vsurarum facienda est eorum filiis & successoribus, qui iuste succedũt bonis defuncti expoliati. Opus. 73. c°. 16.

243 Si forte defunctus legauit omnia bona sua pauperibus, vel ecclesiis, vel personis aliis, tunc sicut per virtutem testamenti acquiritur ius in bonis præsentibus & paratis ipsius defuncti pauperibus, vel aliis quibus legata sunt, sic & eis est ius acquisitũ in his iure q̃ debentur ei quocunq; iure. Et ideo in hoc casu, ab executoribus illius defuncti, siue illis locis, vel personis, quibus omnia bona sua legauit, debet fieri vsurarum restitutio, quæ sibi viuenti facienda erat. Opus. 73. c°. 16.

244 Quod si forte ignorantur successores, & verisimiliter quibus facienda sit vsurarũ restitutio nescitur, vel forte noscuntur esse in locis & regionibus longinquis, & sine spe reuersionis, & sine facultate mittendi vel accedendi ad eos, tunc in primo casu, ecclesiæ consilium & autoritas requiri debent, quia iam ratione iuris diuini, pertinet restitutio quæ debebatur homini qui erat membrum & filius ecclesiæ, ad ipsam ecclesiam. Vnicuiq; vero, sua ecclesia dicitur suus episcopus. Opus. 73. c°. 16. Restitutio. 23.

245 In secundo casu, etiam facienda est de consilio ecclesiæ, hoc tamen superaddito, ꝙ debet executor eidem ecclesiæ promittere, restitutionem vsurarum faciendã, si necesse fuerit aliquando in futuro tempore, per inopinatam reuersionem ipsorũ quibus de iure erat facienda. Opus. 73. c°. 16.

246 Qđ si a seruo vel ancilla, vel a filio vel a filia; siue a raptore vel fure, siue ab alio vsurario, siue christiano vel iudæo, acceptæ fuerint vsuræ talium bonorum, de quibus constat ei qui vult restituere, ꝙ non erant veri domini illarum rerum, tunc restitutio talium, non est facienda eis a quibus acceptæ sunt, sed ipsis veris dominis, & successoribus eorum si haberi possunt. Opus. 73. c°. 16. fi.

247 Debet tamen fieri huiusmodi restitutio vsurarum caute, ne cum scandalo fiat personarum prædictarum. 22æ. q. 62. 6. 2m. / Opus. 73. c°. 16. fi.

248 Si autem credatur probabiliter, ꝙ prædicti, scilicet filius de consensu patris, & seruus de voluntate domini sui, & monachus etiam de volũtate abbatis sui, & raptor, & vsurarius, de bonis iuste possessis hæc fecerũt: tunc etiã potest fieri restitutio vsurarum ipsis personis iniuriatis. Et similiter dicendum est de vxore, viuente marito. Opus. 73. c°. 16. fi.

249 QVAM REM. / Quod autem dominus omnis, qui rem ab alio iniuste destitutam detinet aliquando, tam in vsuris quã in aliis, ipsam rem vel æquiualentem restituere teneatur, manifestum est ex vtroq; iure, tam diuino quã naturali. Opus. 73. c°. 17. prin°.

250 Primo quia non dimittitur peccatum iure diuino, nisi restituatur male ablatum, si restitui possit. Ergo ab eo cui peccatum huiusmodi vsuræ imputatur, debet fieri ablati restitutio. Sed non imputatur peccatum vsuræ nisi ei qui abstulit, vel detinet rem alterius, quæ nõ est sua aliquo iusto titulo. Ergo ab illo facienda est restitutio. Opus. 73. c°. 17.

251 Ex præcepto etiã iuris naturalis habemus, ꝙ quæcũq; vultis vt faciant vobis homines, & vos illis eadem faciatis. Sed iusta volũtate vult spoliatus re propria per vsuram: vt spoliator ei restituat. Quare similiter spoliator debet iuste restituere spoliato. 12æ. q. 99. 1. 3m. / 4. d. 33. q. 1. 1. 7m. / Opus. 73. c°. 17.

252 QVIS. / Quis autem possit dici spoliator rei alienæ, siue detentor in materia vsuræ, ita ꝙ teneatur ad restitutionem, in quibusdam casibus non est ita clarum. Opus. 73. c°. 17.

253 Primo vxor vsurarii tenetur ad restitutionẽ pro marito vsurario defuncto, secũdum ꝙ ad eam, bona male acquisita deuoluta sunt, vel quantum ipsa, viuente marito, talibus bonis vsa est, quæ cedunt in vsum uitæ suæ, in domo mariti. Opus. 73. c°. 17.

254 Quod si nihil de talibus bonis ad eam deuoluitur, vel si forte de bonis q̃ in matrimonio attulerat, fructus erãt sufficientes ipsius necessitatibus, & pro oĩbus quæ expendit in vita mariti: tunc nõ tenetur ad restitutionẽ aliquã faciendã, nisi fuerit vsa rebus mariti ipso viuẽte, in spe recõpensandi in aliquo futuro tẽpore, qñ sperabat se probabiliter facultatẽ habiturã, q̃q; tunc non haberet, quando rebus talibus mariti vtebatur, vel nisi aliquid alienum post mortem mariti sibi retinuit. Nihil autem est restituendũ, nisi alienũ. Opus. 73. c°. 17.

255 Vxor etiam nõ potest licite restituere vsuras, nolente marito, & adhuc viuente: cũ uxor nõ sit dñа rerũ, sed tantũ uir. Est tamen ad generationem cõiuncta uiro in adiutorium, & in usum rerum. Quare sicut non potest alienare res viri, ipso non volente, ita nec aliena viri, potest restituere, ipso nolente. 1a. q. 92. 1. c. pn°. / q. 98. 2. b. 2. / 4. d. 38. q. 1. ar. 1. q. 3. 4m. / Opus. 73. c°. 17.

256 Sicut in adiutorium vxor est viro data ad generationem, ita & ad rerum conseruationem, & multiplicationem honestam & vtilem, & super hoc, etiam ad salutis viri promotionem s̃m Apostolum: quare sicut de rebus proprijs viri vsurarij, potest facere eleemosynas moderatas, viro ignorante & non prohibente, quia sic agit causam viri, & id ad quod tenetur, ad salutem suam promouendam, & etiam ad bonorum suorum conseruationem & multiplicationem: sic puto sine præiudicio, ꝙ possit facere restitutiones de rebus alienis, viro ignorante & non prohibente, quia sic agit causam viri. Opus. 73. c°. 17.

257 Quod si viro sciente, sed dissimulante fecerit, tanto securius agere potest, quia iam est argumentum, ꝙ vir approbat, ex quo non reprobat. Opus. 73. c°. 17.

258 Si vero viro prohibente, vel prius aut postmodum puniente, ita mulier fecerit, vel facere voluerit, iam non licet ei, qa sicut res sunt sub potestate viri, ita & vxor: quare oportet eam sic subditam viro obedire p omnia s̃m Apostolum, etsi non in faciendo malum, tamen obedire debet in omittendo bonum, quia non est necessarium ad propriam salutem: vnde si vxor non faciat quod sibi videtur bonum, non imputatur ei ad peccatum, sed ei qui hoc ei prohibet. Opus. 73. c°. 17.

259 Sicut autem socii furum, & ii qui dicuntur currere cum fure, furti iudicio condemnantur in sacra scriptura: ita filii & filiæ, & serui, & mercenarii usurariorum, inq̃tum agunt aliquid ad vitium vsuræ perpetrandæ, uel ut motores, vel vt actores, vel ut participes lucri, uel ut fautores & defensores talium, usuræ vitio cõdemnandi sunt: & sicut nõ satisfit Deo de iniuria sibi illata, nisi per pœnitentiam: ita nec proximo de re sua iniuste spoliato, nisi per iustam restitutionem. Opus. 73. c°. 17.

260 Vnicuiq; vero s̃m gradum sui delicti, competit restitutio ablati: verbi gratia: alius peccat in hoc vitio usuræ, tantum ut motor: quare & ipse tenetur mouere actorem, ad faciendam restitutionem: qui si non sufficit ad hoc inducendum, debet inuocare superioris auxilium: quod si non sufficit, uel forte motor negligit hoc facere: puto sine præiudicio, ꝙ in hoc casu tenetur is q pro motor fuit per ipsius motionem, ad restitutionem ablatorum: & si fuit actor vel vt principalis, vel ut adiutor, vterq; tenetur ad restitutionem ablatorum insolidum, ita tamen ꝙ altero restituente, aliter absolutus est, q̃tum ad iniuriam proximi. Opus. 73. c°. 17.

261 Si vero vt particeps fuit tantum lucri, aut fuit scienter, aut ignoranter: si scienter, tunc iterum potest fieri iuste dupliciter. s. aut pro necessitate corporali. i. qñ alias cõmode non potest inuenire remedium vitæ, sicut accidit pauperibus mendicantibus: & sic aliqñ etiam per hoc possunt excusari filii & filiæ, in domo parentum vsurariorum, qui alias nequeunt victum sibi necessarium inuenire: & similiter vxor eadem necessitate potest excusari. 22æ. q. 32. 7. 3m. / Opus. 73. c°. 17.

262 Aut hoc fit pro utilitate spirituali, sicut & dominus cum publicanis manducabat pro conuersione ipsorum: & hoc fit iterum iuste. Opus. 73. c°. 17.

263 Et primo modo. s. p necessitate corporali, artifices & laborantes, & seruientes, possunt iuste aliqñ percipere de bonis usurariorum, quæ acquirunt ab usurariis, qa q̃tum accipiunt ab usurariis, tantundem reddunt ipsis, per recompensationem operis, uel laboris, uel artificii, ita ꝙ per hoc non sunt vsurarii impotentes effecti, ad restitutionem faciendam. Opus. 73. c°. 17.

264 Huiusmodi tamen artifices, si credant usurarios nihil habere de bonis propriis, & eadem facilitate possunt ab aliis lucrari, peccant, scienter vsurariis communicando opera sua, pro lucro ꝙ sciunt esse rem alienam, & maxime propter scandalum. Opus. 73. c°. 17.

265 Sed secundo modo, etiam possunt participare filii, & filiæ, & vxor, in spe recõpensandi in aliquo futuro tempore, quando sperant se probabiliter facultatem habituros, q̃q; tunc non habeant, quando participant. Opus. 73. c°. 17.

266 Quicunq; vero participes fuerint scienter, extra aliquã trium causarum dictarum, siue etiam ignoranter, & aliquando huius notitiam habuerint, tales ad restitutionem tenentur pro parte illa, in qua participes existunt rei alienæ. Opus. 73. c°. 17.

267 De accipientibus eleemosynas, & oblationes, & munera ab vsurariis, dicendum, ꝙ tales qui ab eis recipiunt, aut sciunt eos esse usurarios, aut nesciunt, nec tunc qñ accipiunt, nec post: & sic si nesciunt, non peccant accipiendo, nec tenentur ad restitutionem. Opus. 73. c°. 17. Prædicare. 8.

268 Si vero sciuerint uel tunc, uel post, aut necessitate compelluntur ad accipiendum, aut non: si necessitate, non peccant, nec tenentur ad restitutionẽ. Opus. 73. c°. 17.

269 Si vero necessitas non fuerit, adhuc aut sunt usurarii notorii, aut nõ notorii: si notorii, tunc oĩs accipiens ab eis, peccat, propter scandalum, & quia ipso iure sunt excõmunicati: & ideo semper restituendum est, sed nõ eis semper. Opus. 73. c°. 17.

270 Si vero non sunt notorii, aut ergo aliquid creduntur habere de bono proprio præter usuras, aut nihil: si nihil tunc restitutio facienda est ab his qui aliqd acceperũt: si vero aliquid: tunc etiam accipi possunt sine peccato ab eis munera & huiusmodi, & ad restitutionem non obligantur. Opus. 73. c°. 17.

271 Ille solus tenetur ad restitutionem, qui accipit vel detinet rem alienam iniuste: vnde & usurarius qui sola spe lucri dat mutuum, & nihil ultra accipit, licet sperauerit, etsi sit reus uitio usuræ, tamen non tenetur ad aliquam restitutionem. Opus. 73. c°. 17.

272 Fautores & defensores, qui fouent usurarios & defendunt in exercitio fœnerãdi, sicut aliquæ ciuitates, & alii principes, fouẽt & defendunt huiusmodi, qui dicuntur Caursini, qui alias nõ auderent exercere huiusmodi actum fœnerandi, tales fautores & defensores usurariorum inq̃tum huiusmodi sunt tñ, non tenentur ad restitutionem alicuius: nisi inq̃tum sunt participes lucri. s. quia propter hoc sunt fautores uel defensores, ut ab usurariis aliq̃ portionem recipiant: tamen in hoc etiam peccant ꝯ Deum etiam q̃tumcunq; utilitatem regionis uel ciuitatis intendant, qa fouent peccatores in peccatis suis. 22æ. q. 78. 4. 3m. / Ma. q. 13. 4. 18m. / 19m. / Opus. 21. posteriorum. 1a. / Opus. 73. c°. 17.

273 Nec est simile de illis quorum autoritate circa usurarios fit aliquid, & de iis qui fouẽt & defendunt, & accipiunt vt actores: quia illi sunt causa per se actus mali, isti uero non sunt causa ipsius actus mali, sed accidentium ipsi actui ad eius conseruationem, & fructum ampliorem. 22æ. q. 78. 4. o. / 3. d. 37. 6. 6m. / Ma. q. 13. 4. 17m. / 19m. / Opus. 67. q. 5. fi. / Opus. 73. c°. 17.

274 Aliud necessarium est, loquendo de necessitate restitutionis usurarii, & aliud loquendo de perfectione ipsius restitutionis: ad necessitatem enim satisfactionis, duo sufficiunt: vnum q̃tum ad Deum. s. humilitas veræ pœnitentiæ contra contemptum Dei, & aliud quo ad proximum. s. restitutio plena ablati iniuste, contra iniuriam proximi. Opus. 73. c°. 18. principio.

275 Sed de perfectione satisfactionis ultima, exiguntur signa, s. testimonia prædictorum, in quibus est meritum

pfectę humilitatis q̃tum ad Deum, & reſtitutio famę perſonalis contra ſcandalum ex peccato innatum q̃tum ad eccleſiam: & q̃tum ad hoc, etiam uſurario notorio, non tantum hoc eſt perfectionis, ſed etiam neceſſitatis, ſaltem publicę & in manu eccleſię, reſtitutiones faciendas promittere & firmare, quia alias priuaretur de iure, ſacramentis ſalutis, & Chriſtiana ſepultura. Opuſ. 73. c°. 18.

276 QVO ORDINE./. Conſuetudo fere in oĩbus apud nos habet, ꝙ prius perſoluantur debita quę clara ſunt, & poſtea fiant vſurarum reſtitutiones, & ultimo legata ſoluantur: & huius conſuetudinis poteſt eſſe ratio: quoniam legata ſunt ſm quid donata, & non ſimpliciter donata: ratio enim legati, duo importat. ſ. ꝙ non eſt res data ſimpliciter, niſi per mortem legatoris, vnde ſemper viuente legatore, poteſt reuocari, & ꝙ ſint legata propter vtilitatem aliquã legantis poſt mortẽ: & ex his poteſt patere, ꝙ legata inq̃tum huiuſmodi ſunt, non obligant ſm neceſſitateʒ iuſtitię, ſed ſm deuotionem & utilitatem legantis. Opuſ. 73. c°. 18.

277 Cum autem neceſſaria ad ſalutem, præcedant ea quę ſunt deuotionis & ſupererogationis, iuſte ſoluũtur debita vſurarii ante legata. Opuſ. 73. c°. 18. Reſtitutio. 8.

278 Sed maiori iuſtitia reſtituenda ſunt ablata, q̃ debita ſint ſoluenda, cuʒ in hoc impleatur iuſtitia, tollens iniuriam factam Deo & proximo: ſed in ſolutione debitoꝝ nulla tollitur iniuria, ſed tantum ſoluitur iuſtitia: quare ſm hoc videntur prius reſtituenda ablata, q̃ ſoluenda debita: reſtitutio enim prefertur etiam ſubuentioni parentum niſi in extrema neceſſitate. 22^{e}. q. 31. 3. 3^{m}./. q. 32. 7. 3^{m}./. q. 60. 5. 4^{m}./. q. 62. 5. 2^{m}./. Opuſ. 73. c°. 18.

279 Sed contrarium fit ut in pluribus: quod tamen poteſt habere rationem ex duobus. ſ. vno modo quando debita ſunt clara & manifeſta: ſed reſtitutiones non ſic, ſed inquirendę ſunt, & clarum ſemper pręcedit obſcurum, in iure humano: alio modo quando res quę debetur, eſt determinata. ſ. centum uel decem, ſed res reſtituenda non ſic: ſed terminatum iure pręcedit indeterminatum, inq̃tum huiuſmodi. Opuſ. 73. c°. 18.

280 Quando reſtituenda ſunt clara & aperta, & determinata, per apertam confeſſioneʒ reſtituentis uſuras, debet de iure reſtitutio præcedere omnia debita, quod tamen raro obſeruatur, quia quod iuris eſt, a paucis aduertitur. Opuſ. 73. c°. 18.

281 Et ſm dicta patet, ꝙ prius debet reſtitutio uſurarum fieri uni perſonę q̃ alteri. ſ. quando reſtitutio vnius eſt clara & determinata, & alterius non ſic, cęteris paribus. Opuſ. 73. c°. 18.

282 Si vnus ſit diues, & alter pauper, & plus indigens his de quibus reſtitutio facienda eſt, & ęqualiter ſit clarum in utroqʒ, adhuc prius pauperi poteſt reſtitutio vſurarum iuſte fieri, q̃ diuiti, eo ꝙ plus lęſus eſt in ablatione ſuorum, & q̃a plus indiget. 22^{e}. q. 31. 3. 3^{m}./. q. 32. 7. 3^{m}./. q. 60. 5. 4^{m}./. q. 62. 5. 2^{m}./. Opuſ. 73. c°. 18.

283 Tamen ſi uterqʒ ſit ęqualis conditionis. ſ. in paupertate uel diuitiis, & ęqualiter claꝝ ſit de vtroqʒ, ſi uni prius facta ſit iniuria quam alteri, adhuc illi prius eſt reſtituendum ordine iuris naturalis, cui prius facta fuit iniuria. Opuſ. 73. c°. 18.

284 Si per partes facienda eſt reſtitutio uſuraruʒ, unicuiqʒ proportionabiliter reſtituenduʒ eſt, ſm q̃titateʒ ablati, ita ꝙ ſi tantum tertia pars eſt ablatorum, uel media, uel alia quęlibet pars, cæteris paribus facienda eſt omnibus reſtitutio tertiæ partis omnium reſtituendorum: cuius ratio eſt, ut omnibus oſtendatur bona voluntas reſtituendi omnia, ſi adeſſet facultas, & ſic fit pronior quilibet ad condonanduʒ iniuriam ſibi factaʒ, quando videt voluntatem ad emendandum parataʒ. Opuſ. 73. c°. 18.

703 Quod hęreſis Manichei,eſt grauior ſm genus,q̃; idolatria,22e.q.10.6.c./.q.94.3.4m.
Immo idolatria eſt grauiſſimum peccatorum. 12e.q.102.3.11m./.22e.q.94.3.0./. Ma.q.2.10.c./.1e. Cor.12.co.2.
¶ R ñº dicenm,ſicut Duº.716º.

704 Quod materiam primaʒ,vel ens vniuerſale, eſſe deũ, eſt hęreticum.1.d.37.q.2.2.a.1.
Oppoſim videtur dicere.2.d.3.q.3.2.c.fi.
¶ R ñº dicenm,ſicut Duº.476º.

705 Quod angelos,vel aliquid aliud præter deum fuiſſe ab ęterno,eſt hęreticum.1a.q.61.2.c./.Poa.q.8.2.c.
Oppoſitum videtur dicere. Met.12.lec.7.co.3.pnº./.Phy.8.lec.2.co.7.
¶ R ñº dicenm,ſicut Duº.111º.912º.

706 Quod prima opinio Neſtorii & Dioſcori, quam recitat magiſter in tertio ſententiarũ diſtinctione ſexta.ſ. ꝙ in xp̃o ſunt duę hypoſtaſes,ſeu duo ſuppoſita,eſt hęretica.3a.q.2.3.c./.6.c./.q.4.3.c./.Vnio.2.c./.quol.1.q.2.1.c.fi./.Io.14.co.3.prinº.
Immo non eſt hæretica.3.d.6.q.1.2.c.
¶ R ñº dicendum dupliciter.ſ.primo ꝙ illa poſitio eſt ſimpliciter hęretica. Sed in tertio ſententiarũ dicit ipſam non eſſe hæreticam,quantum ad ſpeciales modos vnionis,quos ponebant Dioſcorus & Neſtorius hęretici. Secundo dicenm, ꝙ illa poſitio eſt hęretica,quo ad proprietatem verborum,nó aũt quo ad intentionẽ ipſorum:quia accipiebant ſuppoſita & hypoſtaſes improprie.ſ.ꝓ particulari ſb̃a ſubſiſtẽte per ſe,ſiue aſſumpta ab alio:ſic etiam a ſimili dictuʒ eſt ad dum. 249m. 250m.L.927m.1133m.

707 HOMO./.Quod ſicut bonuʒ multitudinis eſt maius q̃; bom vnius hoís qui eſt de multitudine:ita ẽt bom multitudinis ad qȯ ille vnus ordinaẽ,eſt minus q̃; bom extrinſecum,ad qȯ multitudo ordinatur:ſicut bom ordinis exercitus,eſt minus , q̃; bonuʒ ducis.12e.q.1.8.0./.q.3.8.2m./.22e.q.39.2.2m./.2.d.38.q.1.1.2.c.
Oppom videtur dicere.4.d.38.q.1.ã.4.q.1.3m.
¶ R ñº dicenm,ſicut Duº.1208º , quia res conſecrata ordinatur ad deum.

708 Quia omnes actiones unius hominis, ſunt vna actio: inquantum ſunt ab vna voluntate . Sed ſunt plures, ſm ſpeciem: inquantum ſunt diuerſarum potentiaruʒ & habituum.Vnio.5.c.3m./. Ethi.10.lec.5.co.2.
Oppoſitum videtur dicere a ſimili , Phy.7.lec.8.co.2.prinº.
¶ R ñº dicenm,ſicut Duº.908º.

709 Quod iſta propoſitio eſt prius vera , homo eſt ens , q̃; iſta , homo eſt rationalis : quia omnium perfectiones pertinent ad perfectionem eſſendi.1a.q.4.2.c.
Immo iſta prius eſt uera. Anima rationalis ineſt homini,q̃; iſta,homo eſt ens, cum in homine non ſit alia forma a qua ſit homo,& alia a qua ſit animal vel ens. Met.2.lec.4.co.1.
¶ R ñº dicendum , ꝙ prima prius eſt uera via generationis,ſed ſecunda uia gradus perfectionis: vt habetur.1a.q.77.6.1m.

710 HONOR./.Quod honor eſt maximum bonum , inter bona exteriora.12e.q.2.2.1m./.22e.q.103.1.2m./.q.129.1.c./.q.131.1.2m./.Ethi.4.lec.9.prinº.
Oppoſitum uidetur dicere.1a.q.26.4.c./.ꝯ.1.6.
¶ R ñº dicenm,ſicut Duº.287º.

711 HVMILITAS./.Quod ſimpliciter loquendo,humilitas excedit uirginitatem, & eſt potior cęteris uirtutibus.22e.q.161.5.c.fi./.4.d.33.q.3.3.7m.
Immo humilitas acquiſita,eſt maximum bonum,ſm quid.Virt.q.1.1.3m./.9.7m.
¶ R ñº dicenm duplr.ſ. priº ꝙ humilitas poſt uirtutes theologicas & itellectuales, eſt potior cęteris uirtutibus. ſm ꝙ facit hominẽ bene ſubiectuʒ in vniuerſali quantum ad oia, quęlibet aũt alia virtus q̃tum ad aliquam mãm ſpãlem ordinando hoiem: vt habetur in primis locis. ¶ Scȯo dicenm,ſicut Duº.287º.1177º.

712 IACOB./.Quod Iacob non vidit deum per eſſentiam.1a.q.12.11.1m./.22e.q.180.5.1m./.4.d.49.q.2.7.2m./.Veri.q.10.11.11m./.14m.
Immo Iacob vidit dominum facie ad faciem.ꝯ.3.cº.42.prinº./.1e.Cor.13.lec.4.co.2.
¶ R ñº dicenm,ſicut Duº.481º.482º.

712 IDEA./.Quod idea, nominat formam exemplarem abſolute,verbum autem creaturę in deo,nominat formam exemplarem deductam ab alio.Veri.q.4.4.4m.
Immo verbũ eſt ſimilitudo creaturę:ſicut etiam Auguſtinus dicit , ideas in deo eſſe rerum ſimilitudines. Veri.q.4.4.2m.
¶ R ñº dicendum,ſicut Duº.80º.471º.

713 Quod malum non habet ideam in deo . 1a.q.15.3.1m./.q.18.4.4m.
Oppoſitũ videtur dicere.1a.q.14.16.c.fi.
¶ R ñº dicendum,ꝙ mala non habent ideam in deo vt operabilia ab eo.Nam mala lʒ ab eo non ſint operabilia , tamen ſub cognitione practica ipſius cadunt, ſicut & bona,inquantum permittit vel impedit,vel ordinat ea, ſicut & ęgritudines cadunt ſub practica ſcientię medici , inquantum per artem ſuam curat eas:vt habetur.1a.q.14.16.c.fi.

714 IDEM./.Quod multiplicato vno eorum quę ſunt eadem re, & differunt ratione:non oportet multiplicari alterum : ſicut perſona & proprietas in diuinis.1a.q.40.1.1m.
Oppoſitum videtur dicere a ſimili. 22e.q.92.2.1m.
¶ R ñº dicendum dupliciter.ſ.primo ꝙ etiam in diuinis,proprietates non perſonales ſunt idem cum perſonis ſm aliam rõneʒ idẽtitatis , qua omne illud qȯ attribuitur deo eſt eius eſſentia : vt hr̃.1a.q.40.1.1m.fi.
¶ Secundo dicenm,ſicut Duº.958º.

715 Quod idem eſt homo niger,& homo nó albus.Opuſ.37.cº.2.
Immo eſſe album non eſt idem ꝙ non eſſe nigrum, ſed realiter differunt.Veri.q.28.6.c.
¶ R ñº dicendum, ꝙ ſunt idem ſm eſſe rei, ſed non ſm rationem:vt habetur Opuſ.37.cº.2.

716 IDOLATRIA./.Quod idolatria eſt grauiſſimum peccatorum.12e.q.102.3.11m./.22e.q.94.3.0.
Oppoſim videtur dicere.22e.q.10.6.c./.q.94.3.4m./.4.d.13.q.2.2.0.
¶ R ñº dicenm, ꝙ idolatria eſt grauiſſimum peccatorum ſm ſe , ſed ex parte peccantis , hęreſis & aliqua alia peccata,poſſunt eſſe grauiora. 12e.q.102.3.11m. 22e . q.39.2.0./.q.94.3.0./. Ma.q.2.10.c./.1e . Cor.12.co.2.

717 Quod dans hoſtiam non conſecratam , pro euchariſtia,eſt reus idolatrię,non auteʒ adorantes vel ſumentes eam ſi neſciant, cũ hoſtia debeat adorari latria ſub conditione in habitu:vt habetur.3a.q.80.6.2./.3.d.9.q.1.ã.2.6.2m./.4.d.9.ã.5.q.1.4m./. quol.5.q.6.2.0.
Oppoſitum videtur dicere a ſimili , quo ad adorantes vel ſumentes eam: quia ad digne ſumendnm euchariſtiam,requiritur deuotio actualis , cum nemo carnem xp̃i debeat manducare,niſi prius adoret, ſm Auguſtinum.3a.q.80.6. 2m./.4.d.9.ã.3.q.5.c./.ã.4.q.2.c./.d.12.q.2.ã.1.q.3.0./.q.3.ã.1.q.2.c.
¶ R ñº dicenm,ſicut Duº.580º.

718 IGNORANTIA./.Quod ignorãtia electionis, nec excuſat,nec minuit,nec cauſat peccatum,ſed ſequitur omne peccatum , 12e.q.76.4. 1m./.q.78.4. 1m./.2.d.22.q.2.2.4m./.Ma.q.2.3.9m./.q.3.8.c./.5m./.Virt.q.1.6.3m./.1e.Thi.2.fi.
Immo peccatum cótingit in actu liberi arbitrii,eligendo malum ex ignorantia.1a.q.63.1.4m.
¶ R ñº dicenm, ꝙ ignorantia inquantum tollit ſciẽtiam impedientem peccatum,eſt cauſa peccati:ſed inquantum tollit,vel minuit voluntariũ, excuſat a peccato.Vnde ignorantia oppoſita ſcientiæ practicę etiaʒ excuſat vel minuit peccatum , non autem ignorantia electionis,ſed conſtituit peccatum : vt habetur.12e.q.47.2.c./.q.88.2.c./.Ma.q.3.6.6m./.Virt.q.1.6.3m.

719 ILLVMINATIO./.Quod illuminatio non eſt motus.1a.q.53.3.c.
Immo illuminatio eſt motus.1a.q.53.3.2m.
¶ R ñº dicenm,ꝙ illuminatio ſit in inſtanti:quia non eſt motus,ſed eſt terminus motus localis,& eſt alteratio : vt habetur. 1a.q.53.3.2m./.3.d.15.q.2.ã.1.q.1.2m./.d.22.q.3.ã.2.q.2.1m.

720 IMAGO./.Quod ideʒ eſt motus in rem ipſam , & in imaginem eius.22e.q.81.3. 3m./.q.103.3. 3m./.3a.q.8.3. 3m./.q.25.3.c. 1m./. 1.d.27.q.2.3.c./.2.d.4.1.4m./.d.12.3.5m./.3.d.9.q.1.ã.2.q.2.c./.q.2.1m./.d.38.4.c./.4.d.49.q.2.7.8m./.veri.q.8.3.18m./.q.22.14.c./.Memoa.lec.3.co.3.
Oppoſitum videtur dicere a ſimili. 1a.q.28.4.2m./.q.82.3.2m.
¶ R ñº dicendum dupliciter.ſ.primo,ꝙ idem eſt motus in rem ipſam,& in imaginem eius,inquantum huiuſmodi,non autem vt imago eſt res quædam alia:vt habetur in locis primo allegatis.
¶ Secundo dicenm,ſicut Duº.103º.

721 Quod prima aſſignatio imaginis.ſ.memoria , intelligentia,& voluntas,eſt ſm potentias.1a.q.93.7.0./.1.d.3.q.4.1.0./.q.5.0./.Veri.q.10.3.0.
Immo memoria ſumitur hic , pro habituali retentione animæ, intelligentia vero pro actu intellectus,voluntas autem pro actu voluntatis. 1a.q.79.7.1m./.q.93.7.c.3m.
¶ R ñº dicendum quadrupliciter : ſcilicet primo ꝙ aſſignatio imaginis prima poteſt accipi dupliciter: ſcilicet ſm perfectam imitationem diuinarum perſonarum,& ſm imperfectam.Primo mó ſumiẽ ſm actus. Scȯo autem mó ſumiẽ ſʒ poae: vt hr̃ Veri.q.10.3.c. Scȯo dicenm, ꝙ imago attẽdiẽ quo ad qnq;.ſ.quo ad ſubſtãtialitatẽ,diſtinctionẽ,ęq̃litatẽ,ordinẽ, & actualẽ rep̃ſitationẽ. Quo ad ſcȯm & qntũ,p̃ncipalius ſumiẽ ſʒ actus,q̃; ſm poae,ecõuerſo ãt quo ad prim. Sʒ quo ad tertiũ & quartũ ſumiẽ vtroq; mó:vt hr̃.1.d.3.q.4.4.c. Tertio dicenm,ꝙ in priº ſniaꝝ loquiẽ de imagine inchoatiue.Sʒ in pa pte,de imagine cóplete,qa poe ſpecificanẽ & diſtinguunẽ ꝑ actº & actº ꝑ oba,ió imago dei eſt in potentiis aię inchoatiue, in actibus vero generaliter perfectius,ſed reſpectu dei cóplete. Quarto dicenm,ꝙ in primo ſniarum loquitur ſm opinionem magiſtri , in prima vero parte ſm ſententiã ꝓpriam.

722 Quod imago dei eſt principaliter ſm actus, ſed conſequenter ſm potentias,& pręcipue ſm habitus,12e.q.93.7.0./.Veri.q.10.3.0.
Oppoſitum videtur dicere.1.d.3.q.5.0.
¶ R ñº dicenm triplr.ſ.primo ꝙ iſta non opponunẽ. Stat enim ꝙ altera aſſignatio ſit prima , ſed altera ſit principalis. Scȯo dicenm,ꝙ in primo ſniaꝝ non dicit principaliter, ſed tñ ꝙ prima aſſignatio imaginis, eſt ſm poae,cuius oppom non dicit in pria parte, nec in qõnibꝰ de veritate, ſed ꝙ principaliter eſt ſʒ actus. Tertio dicẽm, ꝙ quia aía nó ſemp eſt actu intelligẽs, vt pʒ in dormiente:ideo opʒ dicere , ꝙ actus etſi non ſemꝑ maneant in ſeipſis, manẽt tñ ſemp in ſuis principiis,ſ.habitibus & potentiis: vt hr̃.1a.q.93.7.4m.fi.

Universidad de Deusto Biblioteca

723 IMPECCABILIS./.Quod impeccabilis per naturam,non potest fieri aliqua creatura a deo, sed tantũ p gratiã. 1ª.q.62.8.c.1^{m}./.q.63.1.c./.22^{e}.q.24.11.c. prin°./.1.d.39.q.2.2.c.4^{m}./.2.d.23.q.1.1.c./.ꝯ.3.c°.109.co.1.2./.Ꝟi.q.24.1.16^{m}./.7.8.o./.Iob.4.co.4.fi.
Immo nec ipsa gratia immobilitat creaturã in bono, ne possit peccare.1ª.q.62.3.2^{m}./.12^{e}.q.106.2^{m}./.2.d.4.3.5^{m}./.d.20.q.2.3.5^{m}./.ꝯ.3.c°.155.c./.li°.4.c°.69.
☞ R ñ° dicen^{m} dupliciter.s.primo ꝙ gratia non immobilitat in bono,ne in se cõsideratus, quis possit peccare,nisi sit perfecta.s.coniungens fini: vt habetur in locis primo allegatis. Scdo dicen^{m}, ꝙ nullus pure viator,nec etiã beata virgo,in præsenti potest confirmari simpliciter, nec ab omni immunitate peccati conseruari per gratiam habitualem,sed vlterius indiget custodia diuinę prouidentię: vt habetur.ꝯ.3.c°.162.fi./.Veri.q.24.1.16^{m}. Sicut etiam Du°.383°.adductum est.
724 IMPERARE./.Quod imperare non conuenit brutis.12^{e}.q.17.2.o.
Immo virtutes appetitiuę brutorum sunt imperãtes.12^{e}.q.11.2.c. ☞ R ñ° dicẽdum,ꝙ virtutes appetitiuę brutorum, nõ sunt imperantes libere, sed ſm naturalem instinctũ,bruta mouentur ad apprehensa: vt habetur.12^{e}.q.11.2.c.
725 Quod actus volũtatis, potest imperari.12^{e}.q.17.5.o.
Immo actus voluntatis, a nullo imperatur.2.d.24.q.1.1.c.
☞ R ñ° dicendum dupliciter.s.primo ꝙ actus voluntatis non potest cogi,sed potest imperari, quia potest ordinari a ratione,vt habetur. 12^{e}.q.17.5.o./.Ma.q.3.3.5^{m}. ☞ Secundo dicen^{m},sicut Du°.353°.439°.
726 INCONTINENTIA./.Quod incontinens irę,audit rationem,sed imperfecte. Incontinens autem concupiscentię,totaliter eam non audit.22^{e}.q.53.6.1^{m}./.q.56.4.c.2^{m}.
Opposi^{m} videtur dicere.22^{e}.q.150.4.3^{m}.
☞ R ñ° dicen^{m} dupliciter.s.primo, ꝙ motus irę participat aliqualiter ratione: ideo incontinens irę audit rationem,sed imperfecte. Sed motus concupiscentię totaliter est ſm sensum, & nullo modo ſm rationem: ideo eam non audit: vt habetur. 22^{e}.q.158.4.c./.3.d.26.q.1.2.c./.Ꝟi.q.25.2 b./.c.fi./.2^{m}./. Ma.q.12.4.c.fi.
☞ Secundo dicen^{m},sicut Du°.372°.534°.700°.
727 INCORPORALIA./.Quod incorporalia in loco non esse, est communis animi conceptio. ꝯ.2.c°.65.3^{m}./.Ebdo.lec.1.fi.
Oppositum videtur dicere.1ª.q.2.1.c./.q.52.1.1^{m}.
☞ R ñ° dicendum, ꝙ incorporalia in loco non esse,est communis animi conceptio, apud sapientes tm̃,non autem apud alios: vt habet.1ª.q.2.1.c./.q.52.1.1^{m}./.1.d.37.q.2.1.c./.q.3.1.1^{m}./.4.d.45.q.1.ar.1.q.1.c.1^{m}./.Veri.q.10.12.c./.Ebdo.lec.1.fin./.Post.lec.5.co.2.fi.sicut etiam dictum est ad Dubiũ.328^{m}.329^{m}.330^{m}.822^{m}.
728 INDIVIDVVM./.Quod pars in toto, est indiuiduũ vt manus. 1ª.q.29.1.2.c./.3ª.q.16.12.2^{m}./.3.d.6.q.1.ã.1.q.1.c./.quol.8.vel.9.q.2.1.c.
Immo de ratione indiuidui est esse diuisũ a quolibet alio. 1ª.q.29.4.c./.4.d.12.q.1.ar.1.q.3.3^{m}./.Trin.14.3^{m}.
Immo indiuisio alicuius in se,est de ratione indiuidui. Sed diuisio ab alio est de consequentibus ad rationem eius.4.d.44.q.2.ã.2.q.1.4^{m}.
☞ R ñ° dicendum tripliciter.s.primo, ꝙ manus in toto composito: vt sic non est proprie indiuiduũ, sed in ordine ad alias partes,potest dici indiuiduum: vt habetur in locis primo adductis. Secundo dicendũ,sicut in locis tertio adductis. ✳ Tertio dicẽdum,ꝙ sicut habetur.1ª.q.11.1.2^{m}. Idem potest dici diuisum & indiuisum diuersimode.ideo ptes continui, sunt indiuisæ inquantum non sunt separatę & discontinuatę abinuicem in actu:tamen sunt diuisę in potentia & etiam sunt diuisę per negationem, inquantum vna pars nõ est alia:sicut etiam dicetur ad Du^{m}.729^{m}.
729 Quod hęc nomina indiuiduum,particulare,& singulare,dicũtur de partibus,vt de manu. Ideo in xp̃o possunt dici multa esse indiuidua, ſm numerum partium eius. 1ª.q.29.1.2.c./.3.d.6.q.1.ã.1.q.1.c./.d.20.7.6^{m}./.quol.8.vel.9.q.2.1.c.
Immo cum,manus sit quędam substantia in alio existens,indiuiduum, vel singulare dici non potest.3ª.q.16.12.2^{m}.
☞ R ñ° dicendum ✳ tripliciter.s.primo, ꝙ litera hęc, in tertia parte,est corrupta,in aliquibus codicibus. Sed emendati libri habent melius sic. Quia tamen manus est substantia indiuidua sicut in alio existens,nõ potest dici persona seorsum,a persona filii dei. Et eadem ratione nec natura humana in xp̃o,quę tamẽ potest dici indiuiduum, & singulare quoddam. Secundo dicendum, ꝙ indiuiduum pro nunc,dicitur dupliciter.s.perfecte.i.ſm ꝙ de ratione eius est,esse diuisũ a quolibet alio: vt habet.1ª.q.29.4.c./.Trin.14.3^{m}, & esse diuisum ab aliis,quę sunt, vel esse possunt in eadem specie: vt habetur.4.d.12.q.1.ã.1.q.3.3^{m}.& sic loquitur in tertia parte. Alio modo imperfecte.i.ſm ꝙ de ratione indiuiduum est incommunicabilitas, & non posse etiam in pluribus, & sic loquitur in aliis locis. Tertio dicendum,ꝙ manus proprie vt in alio existẽs, non potest dici vere indiuiduum, sed ſm ꝙ importat substantiam completam per se subsistentem separatam ab aliis: vt habetur.3ª.q.16.12.2^{m}.
730 Quod compositum ex materia & forma determinata,est indiuiduum.1ª.q.30.4.c.
Immo compositum ex materia & forma determinata est species: & compositum ex materia & forma cõmuni,est genus. Met.2.lec.4.co.2.fi.
☞ R ñ° dicen^{m},ꝙ species specialissimę dicuntur indiuidua,per carentiam diuisionis formalis: quia non vlterius diuidũtur diuisione formali essentiali,siue per differentias formaliter oppositas: particularia vero dicuntur indiuidua inquantum neq; formaliter,neq; materialiter diuiduntur: vt habetur Met.10.lec.11.co.1./.Lec.12.co.2.
731 Quod materia est principium indiuiduationis.1ª.q.3.3.c./.q.39.1.3^{m}./.2.c./.q.54.3.2^{m}./.q.56.1.2^{m}./.q.75.4.5.c./.q.85.1.c./.3.4^{m}./.q.86.1.3.c./.12^{e}.q.63.1.c./.d.35.5.c./.2.d.3.q.1.2.c./.d.42.q.1.1.c./.ꝯ.1.c°.21.3^{m}./.Li°.3.c°.65.3^{m}./.Li°.4.c°.63.co.2./.Poª.q.2.4.c.fin./.q.9.1.c./.3.5^{m}./.Spiritu.5.8^{m}./.quol.7.3.c./.quol.8.2.c./.Met.5.lec.8.fi./.Li°.7.lec.10.co.3.fin./.Lec.14.co.8.fi.
Immo aliqua forma indiuiduatur per seipsam. 1ª.q.3.2.3^{m}.
☞ R ñ° dicendum, ꝙ forma receptibilis in materia, indiuiduatur per materiam,quę autẽ non est receptibilis in materia,indiuiduatur per seipsam: vt habetur.1ª.q.3.2.3^{m}./.3.c./.q.13.9.c./.3ª.q.77.2.c./.4.d.12.q.1.ar.1.q.3.3^{m}./.Poª.q.9.3.5^{m}./.Spiritu.5.8^{m}./.8.4^{m}./.13^{m}.
732 Quod species & partes eius,sunt aliquid formale respectu indiuidui sui. Phy.2.lec.5.co.2.4.
Immo partes habent rationem materię. 1ª.q.7.3.3^{m}./.q.65.2.c./.Met.5.lc.2.co.5./.Phy.3.lc.11.pn°./.co.2./.Li°.4.lec.4.co.2.prin°.
☞ R ñ° dicen^{m},sicut Du°.359°.
733 Quod quantitates siue dimensiones interminatę,sunt principium indiuiduationis.Trin.14.3^{m}.
Immo quantitas terminata, est principium indiuiduationis.Opus.32.o.
☞ R ñ° dicendum, ꝙ tria consideranda sunt in qualibet indiuiduatione formę materialis quæ cum aliis conuenientiam habet in eadem specie ſm sanctum Thomam, si dicta eius efficaciter considerentur.s.ꝙ forma sit determinata ad hic & nunc, & ꝙ sit incõmunicabilis, & ꝙ suscipiatur in determinata parte materię, & non in alia. Primum habet a dimensionibus terminatis,quę simul introducuntur cum forma substantiali,simultate temporis,licet non simul simultate naturę. Secundum accipit ex hoc ꝙ recipitur forma,in materia signata. Tertium vero habet a dimensionibus interminatis,pręcedentibus introductionem formę substantialis,quæ corrumpuntur adueniente ipsa forma. Quę dicuntur interminatę per respectum ad formam introducendam: licet realiter dicantur terminatę per formam abiiciendam. Verbi gratia. Ad hoc ꝙ ex semine ab asino generante debeat generari indiuiduum de genere substantiæ,& ad hoc ꝙ forma Brunelli generanda vel introducenda sit indiuidua,oportet ꝙ talis materia seminis sit diuisa a materia alia, in qua introducenda est forma Griselli. Alias indifferenter forma cuiuslibet introduceretur in materia. Ista autem diuisio fit per dimensiones interminatas: quę sunt sub forma seminis, per respectum tamen quem habent ad formam vltimam introducendã. Deinde oportet ꝙ illa forma asini generandi,introducatur in tali materia sic diuisa. Qua forma adueniente corrumpuntur prędicte dimensiones interminatę, & sequuntur dimensiones terminatę,quæ habent determinare illam formam ad hic & nunc,vt sub sensu exteriori cadat. Sic ergo q̃titates dimensiuę interminatę, antecedenter concurrunt ad indiuiduationem formę,& q̃titates dimensiuę terminatę concomitanter concurrunt. Materia vero concurrit materialiter & intrinsece: ipsa autem forma formaliter & etiam intrinsece. Si dicatur: eadem q̃titas est principium distinctionis,& determinationis, ergo concordantia nulla: Dicendum, ꝙ licet ipse dimensiones materię sint determinationes eiusdem materię ad hic & nunc, non tamen sunt principia determinationis ad hic & nunc eiusdem formę introducendę,nisi dispositiue. Vnde aliud est assignare principium determinationis formę introductę,& aliud ipsius materię in qua forma debet introduci. Et sic de indiuiduatione formę,loqui possumus dupliciter. Vno modo q̃tum ad ipsũ indiuiduari, alio modo q̃tum ad ipsum indiuiduatum esse. Si primo modo,sic q̃titates dimensiuę interminatę,concurrunt ad eius indiuiduationem: si secundo modo,sic q̃titates sequentes formam quę dicuntur terminatę,concurrunt ad eius indiuiduationem, sicut quoddam inseparabiliter concomitans.
734 INDVLGENTIA./.Quod indulgentiæ non valent existenti in peccato mortali.4.d.20.ar.3.q.2.c./.ar.5.q.1.o./.quol.2.q.8.2.c.
Oppositum videtur dicere a simili.2.d.40.4.5^{m}./.Io.8.co.3.
☞ R ñ° dicendum,sicut Dubio.318°.790°.
735 INFERNVS./.Quod infernus est in centro.i.in medio terrę.2.d.6.3.2^{m}./.4.d.44.q.3.ar.2.q.3.b.3./.d.48.q.2.3.4^{m}./.L.fi./.d.50.q.2.ar.3.q.4.c.
Oppositum videtur dicere. Opus.10.ar.31./.Opus.11.ar.24.25.
☞ R ñ° dicendum,ꝙ infernus probabiliter ponitur sub terra,licet non possit sciri certitudinaliter,nisi per reuelationem.4.d.44.q.3.ar.2.q.3.o.
736 INFINITVM./.Quod nihil pręter Deum, est infinitum actu,nec potest esse,etiam per potentiã Dei,nec ſm essentiam, nec ſm esse, nec ſm virtutem seu potentiam,nec ſm magnitudinẽ,nec ſm multitudinẽ. 1ª.q.7.2.3.4.o./.q.45.5.3^{m}./.q.50.2.4^{m}./.q.86.2.c./.1.d.43.q.1.1.5^{m}./.2.c./.2.d.1.q.1.5.17^{m}./.Veri.q.2.2.5^{m}./.10.o./.q.29.3.c./.Potentia.q.1.3.1^{m}./.q.3.14.6^{m}./.quol.2.2.o./.quol.5.1.c./.quol.9.1.o./.quol.9.vl.10.q.2.2^{m}./.quol.12.3.o./.Met.12.lec.10.o.
Oppositum videtur dicere.1ª.q.10.5.4^{m}.
☞ R ñ° dicendum dupliciter.s.primo, ꝙ datur infinitum in actu negatiue,non autem priuatiue: vt habetur quol.9.vel.10.q.2.2^{m}. Secundo dicendum, ꝙ non inconuenit aliquod creatum sic esse infinitum, ꝙ non finiatur ab alio: vt habetur. 1ª.q.10.5.4^{m}./.q.50.2.4^{m}./.quol.9.vel.10.q.2.2^{m}. Tertio dicendum,sicut Du°.570°.665°.854°.912°.
737 INFLVERE./.Quod influere potest vna substantia spiritualis in aliam.quol.3.q.3.2.o.
Oppositum videtur dicere.Veri.q.22.9.c.
☞ R ñ° dicendum,ꝙ vna substantia spiritualis, potest influere in aliam,non quidem per motum seu per mediũ corporale vel locale, qa huiusmodi actiones sunt supra locum & tempus quæ sunt in corporalibus: sed per seipsã sicut & id quod est in actu, agit in id quod est in potentia,& huiusmodi actio dicitur influxus: vt habetur quol.3.q.3.2.o.sicut etiam a simili dictum est ad Dubium.333^{m}.
738 INNOCENTIA./.Quod actus matrimonii in statu innocentiæ soluisset integritatem carnis, non autem mentis, nunc autem soluit vtroq; modo, non autem ſm habitum,sicut in coitu vitioso.12^{e}.q.34.1.1^{m}./.2.d.20.q.1.2.1^{m}./.q.2.2.2^{m}.
Immo tunc nõ soluisset integritatem carnis,seu signaculum virginitatis,quia q̃uis matrix post impregnationem claudatur, tamen ex delectatione, vt Auicenna dicit,mouetur & aperitur.1ª.q.98.2.4^{m}./.12^{e}.q.34.1.1^{m}./.4.d.31.L.
☞ R ñ° dicendum dupliciter.s.primo ꝙ signaculum virginitatis seu integritas carnis,potest sumi dupliciter.s.vel pro integritate membri genitalis tm̃, vel cũ priuatione seu negatione decisionis seminis,seu commistione seminum & spirituum. Secundo modo fuisset violatum seu solutũ,non aũt pmo modo. Secundo dicendum,ꝙ ſm Augustinum,sicut ad pariendum tunc maturitatis impulsus fœminea viscera relaxaret, sic ad concipiendum ex delectatione fuisset signaculũ virginitatis apertum. Vnde violatio signaculi virginalis,potest intelligi fieri dupliciter.s.per fractionem, & per naturalem apertionẽ. Secundo modo fuisset violatum seu solutum,non autem primo modo: vt habetur.12^{e}.q.34.1.1^{m}./.4.d.31.L.
739 Quod tunc fuisset partus sine dolore. 22^{e}.q.164.2.c.1^{m}.
Oppositum videtur dicere a simili. 12^{e}.q.34.1.2^{m}./.2.d.20.q.1.2.1^{m}.
☞ R ñ° dicendum,sicut Du°.738° .rnsione secunda.
740 Quod tunc sacramenta non fuissent necessaria, quia non accepissent homines cognitionẽ ex sensibilibus. 3ª.q.61.2.o./.2.d.23.q.2.1.1^{m}./.4.d.1.lec.1.L./.q.1.ar.2.q.2.o.
Immo accepissent cognitionem a sensibilibus. 1ª.q.101.1.o./.2.d.20.q.2.2.o.
☞ R ñ° dicendum,sicut Dubio.1107°.
741 INSTANS./.Quod inter quęlibet duo instantia, qualitercunq; signentur, semper est accipere tempus medium.1ª.q.53.3.3^{m}./.q.63.6.4^{m}./.3ª.q.75.7.1^{m}./.4.d.11.q.1.ar.3.q.2.2^{m}./.d.17.q.1.ar.5.q.1.3^{m}./.Veri.q.28.2.10^{m}./.quol.7.9.c./.quol.11.q.4.c.

Universidad de Deusto Biblioteca

Oppositũ videtur dicere. 1ª.q.53.3.3m./.q.63.6.4m./.3ª.q.75.7.1m./.1.d.37.q.4.2.0./.3.5m./.6m./.7m./.2.d.3.q.2.5m./.4.d.11.q.1.ar.3.q.2.2m.co.2.fi./.d.17.q.1.ar.5.q.1.3m./.quol.9.9.c./.quol.11.4.c.fi./.1m.

¶ R ñº dicendum, ꝙ inter instantia temporis, & motus discreti, non cadit tempus medium, nec motus medius: vt habetur in locis secundo adductis, sed bene inter instantia temporis continui.

742 Quod ęternitas, ęuum, & tempus, mensurant actum rei. s. esse & motum: sed instans eorum, mensurat rem, 1.d.19.q.2.2.c.

Immo protensio durationis videtur attendi ſm operationem, magis q̄ ſm esse. Vnde & tempus est mensura motus. 1ª.q.10.1.2m.

¶ R ñº dicendum, ꝙ attenditur ſm vtrunque, sed magis ſm operationem: vt habetur. 1ª.q.10.1.2m.

743 Quod nũc ęui, differt realiter ab ęuo. 1.d.19.q.2.2.c.

Oppositum videtur dicere. Opus.36.cº.3.co.3.

¶ R ñº dicendum, ꝙ nunc ęui in ratione principii, differt realiter ab ęuo, non autem vt contentum sub ęuo: ut habetur. 1.d.19.q.2.2.c.

744 Quod primum instans in quo res habet esse, datur, non autem vltimum. 1ª.q.53.3.c./.12e.q.113.7.5m./.3ª.q.33.1.3m./.q.75.7.1m./.3.d.3.q.5.2.4m./.d.31.q.1.1.5m./.4.d.11.q.1.ar.3.q.2.2m./.d.14.q.2.5.5m./.d.17.q.1.ar.5.q.1.3m./.Veri.q.28.2.10m./.9.14m./.Virt.q.2.12.14m./.quol.7.vel.8.vl.11.q.4.2.c./.quol.9.9.c./.quol.11.4.c.

Immo est assignare vltimum instans, in quo angelus fuit bonus, & primũ in quo fuit malus. 2.d.3.q.2.5m.

Immo non est dare primum instans esse huius rei, puta primum instans, in quo Deus potuit facere mundum. quol.5.1.c.fi.

¶ R ñº dicendum tripliciter. s. primo, ꝙ primum instans in quo res habet esse datur, qa forma substantialis cum non suscipiat magis & minus, introducitur in materia in instanti. Sit ergo illud instans ut.b. Aut ergo.b. est primum instans formę introducendę, aut ante b. est aliud. Si primum, habetur intentum. Si secundum, sit illud aliud instans.a. Aut ergo in.a. introducetur illa forma substantialis, aut non. Si sic, cũ forma substantialis simul introducatur, & sit introducta: vt habetur 2.d.1.q.1.2.c. seqtur ꝙ illa forma nõ introducatur in b. quod est cõtra hypothesim. Si vero nõ in.a. seqtur, ꝙ.b. erit primum instans esse formę introducendę. Quod qdem instans, est primum instans non esse formę corrumpendę: vt habetur quol.7.q.4.2.c. Quod autem non sit dabile vltimum instans formę, aut q̄titatis corrumpendę, sic patet. Nam aut illud vltimum instans. s. a. est vltimum instans non esse ipsius formę corrumpendę, aut esse eius. Non primum, qa sic post illud instans, forma nõ posset non esse, cum esset vltimum instans nõ esse eius. Si vero sit vltimum instans esse ipsius formę corrumpendę, tunc in illo instanti illa forma corrumpenda habebit esse: qa si nõ, esset in alio instanti, & sic illud instans non esset instans esse ipsius formę, qd̄ est contra hypotesim. Aut ergo in illo eodem instanti. s. a. erit forma introducenda, aut non, si sic, seqtur ꝙ in eodem instanti simul erũt duę formę substantiales, ꝙ est ꝯ doctrinam sancti Thomę. Si autem in illo instanti. a. non sit forma introducẽda, introducetur in alio instanti. s. b. Et cũ inter illa duo instantia. s. a. et. b. cadat tempus medium ſm philosophum, seqtur ꝙ materia in aliquo tempore erit sine forma, quia cum illud tempus medium, sit post vltimum instans formę abiiciendę, illa forma corrũpenda, non erit in illo tempore: alias instans a. nõ esset ultimũ instans esse eius, qd̄ est ꝯ hypothesim vt elicitur. 12e.q.113.7.5m./.Veri.q.27.2.10m./.quol.2.q.4.1.c./.quol.7.q.4.2.c./.Phy.5.lec.6./.Liº.6.sc.8. Vbi Veri.q.27.ar.2.10m. sic ait. Et ideo aliter dicendum est. s. ꝙ non est dare vltimum instans, in quo peccator habuit culpam, sed vltimum tempus. Contingit autem dare primum instans in quo habuit gratiam: quod qdem instans est terminus illius temporis, in quo culpam habuit. Inter tempus autem & terminum tẽporis, non cadit medium. Vnde nec opus dare tempus aliquod vel instans, in quo aliqs nec culpam nec gratiã habeat. Hoc autem patet. Nam infusio gratię, cum sit in instanti, est terminus alicuius motus cõtinui, vtpote alicuius meditationis, p quam affectus disponitur ad gratię susceptionem. Et eiusdem motus, terminus est remissio culpę, qa ex hoc ipsa culpa remittitur, quo gratia infunditur. In illo ergo instanti, est primo terminus remissionis culpę, & non habere culpam, & terminus infusionis gratię. s. habere gratiam. In toto autem tempore pręcedenti, qd̄ terminatur ad hoc instans, in quo tempore mensurabatur motus prędicte meditationis, fuit peccator habens culpam, & non habens gratiam, nisi tantũmodo in ultimo instanti, ut dictum est, sed ante ultimum instans huius temporis, nõ est accipere aliud immediate proximum, qa quodcunque instans accipiatur aliud ab ultimo, inter ipsum & ultimum erunt infinita instãtia media. Et sic patet, ꝙ non est accipere ultimum instans: in quo iustificatus sit habens culpam, & nõ habens gratiam. Est aũt accipere primum instans in quo habet gratiam, & non culpam. Idem dicit. 12e.q.113.7.5m. Vbi sic ait. In iis autem quę subiacent tempori, nõ est dare ultimũ instans, in quo prior forma subiecto inest. Est autem dare ultimum tempus, & primum instans in quo forma sequens inest materię uel subiecto. Cuius ratio est: qa in tempore non potest accipi ante unum instans, aliud instans pręcedens immediate, eo ꝙ instantia consequenter se haberent, sicut nec puncta in linea, ut pbatur in sexto physicorum. Sed tempus terminatur ad instans, & ideo in toto tẽpore pręcedenti, quo aliqd mouetur ad unam formam, subest formę oppositę. Et in ultimo instanti huius temporis, qd̄ est primum instans sequentis formę, habet formam quę est terminus motus. Secundo dicendum, ꝙ aliq dicunt, ꝙ in toto tẽpore pręcedenti angelus fuit bonus, sed in istius temporis ultimo instanti, est malus. Et sicut nõ est assignare immediatum instans ante aliud instans, ita nec ultimum instans in quo fuit bonus. Sed ista ratio bona est, prout inducitur a philosopho in octauo physicorum, qñ ipsum nunc continuat tempus qetis & motus, q semp se tenet cum passione, quę est in subiecto mobili tẽpore qetis, siue pręcedat, siue sequatur. Sed si ponatur instans inter duas qetes, uel inter duas partes motus cõtinui, non magis se tenet cum uno q̄ cum alio. Non aũt dicimus hic, ꝙ angelus p aliquem motum continuum actus sit malus. Et idẽ primum instans malitię suę, non est medium inter qetem & motum, sed inter duas qetes. Vnde ratio ista non est ad ppositum. Ideo aliter est dicendum. s. ꝙ est assignare ultimum instans in quo angelus fuit bonus, & primum instans in quo fuit malus. Nec inter hęc instantia fuit tẽpus medium, qa tempus formaliter est numerus: nec seqtur ipsum cõtinuitas, nisi ex parte motus. Vnde cum uicissitudo affectionum in angelo, p quas est bonus & malus, non sit cõtinua, nec ordinata ad aliquem motum continuum, numerus earum dicetur tempus, qa ſm prius & posterius se habent. Sed nõ erit continuum. Vnde inter eius instantia non necessario accipietur tempus medium, sicut nec inter duas unitates numerus medius: ut habetur. 2.d.3.q.2.5m.fi. Tertio dicendũ, ꝙ licet nõ sit dare primum instãs, in quo Deus potuit facere mundum, est tamen dare primũ instans in quo fecerit, sicut etiam est dare supremum vbi, vsque quo Deus mundum fecerit, non tamen est dare supremum, vltra quod facere non potuerit: vt habetur quol.5.1.c.fi.

745 Quod in eodem instanti est illuminatio aeris, visio coloris, & discretio rei visę, licet primum sit causa scdi, & scdm tertii. 1ª.q.63.5.c./.2.d.6.2.c.fi./.Veri.q.2.8.3m.

Oppositum videtur dicere a simili. 12e.q.8.3.2m./.q.12.4.c./.1.d.17.q.1.5.c./.ꝯ.1.cº.76.1m.

¶ R ñº dicendum, ꝙ licet aliquando sint simul, potest tamen aliquando videri lumen sine hoc ꝙ videatur color: vt habetur. 12e.q.8.3.2m. sicut etiam dictum est ad Dubium.103m.

746 Quod opatio intellectus & volũtatis, põt esse in instãti. 1ª.q.63.5.c./.12e.q.113.7.0./.3ª.q.34.2.c./.4.d.17.q.1.ar.5.q.3.1m./.q.2.ar.1.q.3.3m./.Veri.q.29.8.0.

Oppositum videtur dicere. Ma.q.16.4.b.4.

¶ R ñº dicendum, sicut Dubio.439º.

747 Quod Deus nescit primum instans, in quo potuit creare mundum. quol.5.1.b./.c.fi.

Immo Deus habet etiam non entium scientiam. 1ª.q.14.9.c.

¶ R ñº dicendum, sicut Dubio.744º.fi.925º.A.

748 INSTRVMENTVM./. Quod forma effectus est in instrumento, intentionaliter tm̃.4.d.1.q.1.ar.4.q.4.c.

Oppositum videtur dicere. 2.d.18.q.2.3.2m.

¶ R ñº dicendum, sicut Duº.637º.787º.826º.

748 INTELLECTVALIS./. Quod in natura intellectuali, sunt duę solum operationes. s. intelligere, & velle. Opus.53.co.1.

Oppositum videtur dicere. 1ª.q.54.3.a.1./.1.d.3.q.1.0./.Veri.q.73.3m.

¶ R ñº dicendum, sicut Dubio.136º.776º.866º.

749 INTELLECTVS./. Quod intellectus est potentia, realiter distincta ab essentia animę. 1ª.q.79.1.0.

Oppositum videtur dicere. Spiritu.11.7m.fi.

¶ R ñº dicendum, sicut Duº.197º.

750 Quod intellectus est potentia passiua. 1ª.q.79.2.0./.3.d.14.ar.1.q.2.c.2m./.ꝯ.2.cº.59./.Veri.q.16.1.13m.

Oppositum videtur dicere. Veri.q.1.9.c.

¶ R ñº dicendum, sicut Duº.794º.

751 Quod in intellectu sunt quatuor realiter distincta. s. species, actus, res intellecta, & verbum. ꝯ.1.cº.53./.Liº.4.cº.11.co.1.fi./.Poª.q.8.1.c./.q.9.5.c./.Spiritu.9.6m./.quol.5.q.5.2.0./.Opus.53.0.

Immo verbum est operatio. s. intelligere, vel est species intellecta. 1.d.27.q.2.2.3.c.

¶ R ñº dicendum, ꝙ species seu similitudo in intellectu est duplex. s. species impressa in eo, p modum formę qescentis & manentis, quę est pñm intellectionis: alia est species expressa, seu concepta, & formata ab intellectu, & est in eo p modum emanationis, & est terminus intellectionis. Et sic verbum est species, non autem primo modo, vt ipse innuit. 1.d.27.q.2.2.3.c. sicut etiam dicetur ad Dubium.773m.

752 Quod est in cõmuni est obiectum proprium intellectus. 1ª.q.5.2.c./.q.55.1.c./.q.79.7.c./.11.2m./.q.82.4.1m.q.87.3.1m./.q.105.4.c./.12e.q.9.1.c./.q.10.1.3m./.2.d.13.3.c./.3.d.23.q.2.ar.3.q.2.c./.d.31.q.2.4.5m./.ꝯ.2.cº.96.2m.co.2./.Veri.q.8.7.c.fi./.Ma.q.6.c.co.2./.Opus.42.principio.

Immo verum, est obiectum intellectus. 1ª.q.54.2.c./.q.55.1.c./.q.82.4.1m./.q.87.3.c.1m./.12e.q.2.8.c./.q.3.7m./.q.9.1.c.3m./.q.10.1.3m./.q.60.1.1m./.22e.q.4.1.c./.q.25.2.c./.2.d.25.2.c./.d.39.q.1.2.c./.3.d.14.ar.1.q.2.c./.d.17.ã.1.q.3.3m./.d.23.q.1.2.3m./.d.27.q.1.4.c./.d.33.q.2.ar.2.q.1.3m./.ꝯ.3.cº.26.1m./.107.8m./.Veri.q.24.7.c./.q.27.1.7m./.Ma.q.6.c.co.2./.Opus.73.prolo.

Immo verum relatum ad opus, est obiectum intellectus practici. 1ª.q.55.1.c./.q.79.7.c./.11.2m./.q.87.3.1m./.q.105.4.c./.12e.q.10.1.3m./.3.d.23.q.2.ar.3.q.2.c./.Veri.q.22.10.4m.

Immo quod quid est, est obiectum intellectus. 1ª.q.17.3.1m./.q.18.2.c./.q.57.1.2m./.q.58.5.c./.q.67.3.c./.q.85.5.6.c./.12e.q.3.8.c./.q.10.1.3m./.q.31.5.c./.22e.q.8.1.c./.3ª.q.10.3.2m./.q.76.7.c./.2.d.13.3.c.co.1.fi./.3.d.23.q.1.2.c./.d.35.q.2.ar.1.q.1.c./.4.d.12.q.1.ar.1.q.2.2m./.ꝯ.1.cº.58.4m./.Liº.3.cº.41.co.1.fi./.56.4m./.108.3m./.veri.q.1.12.c./.q.8.7.c.fi./.q.10.4.1m./.q.14.1.c./.q.15.2.c.3m./.3.1m./.q.25.3.c./.Trin.18.2m./.Opus.3.cº.85./.Ethi.6.lec.1.fi./.Anima.3.lec.8.co.3.4./.Lec.11.fi./.Sensu.lec.10.co.2.fi./.Perihermenias.lec.10.co.1./.2e.Cor.12.co.4.fi./.1e.Thi.6.lec.3.co.3.principio.

Immo substantia est obiectum intellectus. 12e.q.9.1.c./.3ª.q.75.5.2m./.2.d.13.3.c./.3.d.31.q.2.4.5m./.Veri.q.8.7.fi.

Immo qdditas seu nã rei materialis est obiectum intellectus hominis, ſm pręsentis vitę statum. 1ª.q.12.4.11.c./.q.84.7.8.c./.q.85.1.c./.5.3m./.8.c./.q.86.2.c./.q.87.2.2m./.3.c.1m./.q.88.3.c./.Opus.29.co.1./.Anima.3.lec.8.fi.

Immo quidditas rei materialis, est obiectum cogitatiuę potentię. Opus.29.co.3.

Immo vniuersale, est obiectum intellectus. Nam natura rationalis excedit sensitiuam, q̄tum ad cognitionis obiectum, quia nullo modo potest cognoscere vniuersale, cuius ratio est cognoscitiua. 1ª.q.12.4.c./.q.85.1.c.3.4m./.12e.q.5.1.1m.pnº./.22e.q.58.5.2m.

Immo phantasma est obiectum intellectus possibilis. 12e.q.50.4.1m./.2.d.8.5.c./.d.20.q.2.2.0./.d.23.q.2.2.3m./.d.24.q.2.2.1m./.3.d.14.ar.3.q.2.c./.d.27.q.3.1.c./.d.31.q.2.4.c./.ꝯ.2.cº.72.co.6.75.5m./.94.2m.Veri.q.10.2.7m./.Poª.q.3.9.22m./.Anima.1.10m./.15.2m./.6m./.16m./.quol.7.11.3m.

Immo phantasma, non est proprium & propinquum obiectum intellectus. 3ª.q.11.2.1m./.3.d.31.q.2.4.5m./.Veri.q.10.6.c.co.1.fi.

Immo species intelligibilis est proprium & propinquum obiectum intellectus. 3ª.q.11.2.1m./.2.d.20.q.2.2.2m./.3.d.31.q.2.4.5m./.Anima.15.16m.

Oppositum uidetur dicere. ꝯ.2.cº.74.2m./.Spiritu.9.6m./.Opus.3.cº.85./.Anima.3.lec.8.fi.

Immo verbum mentis, est obiectum intellectus. ꝯ.1.cº.53./.Liº.2.cº.74.2m./.Poª.q.9.5.c.

Immo Deus est proprium obiectum intellectus. Nam optimum obiectum intellectus, non practici, sed speculatiui, est bonum diuinum, & ipse Deus est primum ens immateriale. 1ª.q.105.3.c./.12e.q.3.5.c.

¶ R ñº dicendum tripliciter. s. primo, ꝙ vt habetur. 1ª.q.14.5.2m./.3m./.1.d.35.2.c.1m. sicut est duplex visum. s. primum. i. species visibilis in oculo, & scdm. i. res colorata cuius est illa species, sic est duplex intellectũ seu obiectum intellectus. s. intellectum primum. i. verbum, species intelligibilis, phãtasma: sed diuersimode, vt postea distinguetur: & intellectum scdm. i. res cuius similitudo est verbũ, species, & phantasma. Et sic illud qd̄ p̄mo intelligitur est res cuius similitudo est species in intellectu quę nõ intelligitur primo & directe, sed secundario & reflexiue: vt habetur. 1ª.q.85.2.c./.ꝯ.2.cº.74.2m. Sed intellectum primum, est duplex: vt hr̃.1.d.5.q.3.c. s. intellectum qd̄, & intellectum quo. Primo igitur modo verbum est p̄mum intellectum. i. primum obiectum qd̄, ipsius intellectus, qa illud qd̄ cõcipit de re. i. verbũ, est pº & p se intellectum, nõ aũt ipsa res vel silitudo eius: ut hr̃ ꝯ.1.cº.53./.Liº.2.cº.74.2m./.Poª.q.9.5.c. prout ẽt supra

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dubio,751°,adductum est. Si autem accipiatur secundo modo,s.intellectus vt quo:hoc est dupliciter:vt habetur.3,d.31,q.2,a.4,5^m,s.vel sicut obiectum vt quo,remotum & impropriu3. Et sic phantasma est primum obiectum quo,ipsius intellectus. Vel sicut obiectu3 proprium & propinquum. Et sic species intelligibilis est obiectum ipsius intellectus: * sed insufficiens,quia requiritur lumen intellectus agentis: vt habetur quol.8,q.2.1.c. Vel sicut habetur quol.5.q.5.2.1^m. illud quo intelligitur,potest accipi dupliciter.s.vel formaliter, & sic est species intelligibilis. Vel instrumentaliter, & sic est verbum. Intellectum autem secundu3,i.res quę intelligitur,potest accipi dupliciter.s.vel respectu alicuius intellectus intensiue & in speciali. Et sic respectu intellectus hominis viatoris,obiectum est quidditas seu natura rei materialis: vt habetur in locis sexto loco adductis. Et respectu intellectus angelorum, obiectum est essentia angeli:vt habetur,1^a.q.84,7.c.ſ.q.85.1.c.ſ.q.87.3.c.ſ.4.d.50.q.1.1.4^m. Sed respectu intellectus diui ni,obiectum est eius natura: vt habetur.1^a.q.14.2.5.o.ſ.q.105.3.3^m.ſ.1.d.35.2.c.ſ.3.1.c°.48.ſ. Causis. lec. 13.fi.ſ.Met.12.lec.8.co.3.4. Vel potest accipi obiectu3 respectu intellectus in cõmuni. Et hoc dupliciter.s.vel ex parte termini & complementi intellectionis,vel ex parte principii & incohatiõis. Si primo modo,sic quidditas,seu quod quid est,siue natura,essentia,& substantia rei,est obiectum intellectus:quia intellectus dicitur, quasi intus legens,quia nõ persistit in exterioribus, sed pertingit vsq; ad quidditatem rei:vt habetur,22^e.q.8.1.c.ſ.Veri.q.1.12.c.ſ.q.15.1.c. Si autem obiectum accipiatur secundo modo.s.ex parte principii & inchoa- 753
tionis,hoc est dupliciter:vt habetur Met.5.lec.6.principio.s.vel vt obiectu3 principale. Et sic substantia est obiectu3 intellectus:quia licet intellectus consideret de omnibus rebus,tamen principaliter considerat de substantia:vt habetur Met.7.lec.2.o. Vel vt obiectu3 cõmune. Et hoc dupliciter.s.vel per se primo. Et hoc iterum dupliciter.s.vno modo primo primitate perfectionis & causalitatis. Et sic Deus est primum principium cognitionis ipsius intellectus:quia propter Deu3 tanq; propter primam virtutis cognoscitiuę causam, omnia alia cognoscimus:vt habetur,1^a.q.84.5.c.ſ.q.88.3.c.2^m. Et ipsum cognoscimus, non quidem perfecte, sed per participationes,non tamen quidditatiue, vel qꝫ sit ratio obiectualis: sed quia est ratio & causa veritatis obiecti nostri,quę primo apprehenditur a potentia intellectiua:vt habet.1^a.q.2.1.1^m.ſ.22^e.q.1.1.c.ſ.quol.7.q.2.1.c.sicut etiam dictum est ad Dubium,191^m. Alio modo primo primitate cõmunitatis & extensionis. Et sic ens est obiectum intellectus, quia ens sm rationem formalem, est primu3 quod cadit in intellectu: vt habetur. 1^a.q.5.2.c.ſ.q. 11.2.4^m.ſ.1.d.8.q.1.3.c.ſ.d.19.q.5.1.2^m.ſ.8^m.ſ.d.24.q.1.1.2^m.ſ.Veri.q.1.1.c.ſ.q.21.1.c.ſ.4.4^m.ſ.Po^a.q.9.7.6^m.ſ.1.5^m.ſ.Opus.42.pn cipio.ſ.Met.lec.2.co.2.fi.ſ.Li°.4.lec.3.co.1.ſ.Li°.10. lec.5.co.3. Vel accipitur obiectum non per se primo, sed consecutiue:* & hoc dupliciter.s.vel sicut intentio consequens actum & modum intelligendi, & sic vniuersale est obiectum intellectus: vel vt propria passio obiecti ipsius intellectus. Et sic verum,est obiectu3 intellectus:quia intellectus,licet possit considerare naturas rerum,non considerando rationem veri,tamen nihil potest cognoscere, nisi consecutiue concurrat ratio veri,quę consistit in assimilatione rei & intellectus per speciem rei:vt habetur.1^a.q.16.3.3^m.ſ.q.85.1.1^m.ſ.1.d.19.q.5.1.2^m.ſ.Veri.q.1.1.3^m. Secundo dicendũ, qꝫ ens est obiectum formale quod,sed verum est obiectum formale quo: vt habetur a simili.quol.5.q.5.2.1^m. Tertio dicendum,qꝫ aliquid dicitur obiectu3 alicuius potentię dupliciter.s.vel exclusiue.i.quod tantu3 ad illam potentiam pertinet,eo modo quo Boetius dicit,qꝫ singulare est,quod sentitur,& vniuersale,quia intelligitur. Et in fine primi physicorum dicitur, qꝫ sensus est singularium,& ratio vniuersalium. Et hoc dupliciter.s.vel q̃tum ad modum siue rationem representandi,consequentem intellectum seu actum rationis, siue modum intelligendi in presenti vita,qui quidem modus intelligendi,est per abstractionem a conditionibus indiuidualibus, lumine intellectus agentis, * quia hoc modo vniuersale quasi consecutiue se habet vt intentio:sicut dicitur Potentia.q.1.1.9^m.quia intellectui respondet aliqd in re dupliciter.s.vel immediate,vt quãdo concipit formam rei extra animą: vel mediate,vt quando concipit intentionem consequentem actu3 & modum intelligendi,vt predictum est. Et sic vniuersale est obiectum intellectus, prout intentio vniuersalitatis consequitur modum intelligendi: vt habetur Potentia.q.7.9.c.ſ.Met.4.lec.4.co.2.ſ.Posteriorum.lec. 20.co.3.principio.Vel q̃tum ad rez intellectam. Et sic quidditas est obiectu3 intellectus, quia solus intellectus cognoscit quidditates rerum: vt habetur.1^a.q.57.1.2^m.ſ.22^e.q.8.1.c.ſ.1.d.19.q.5.1.5^m.ſ.3.d.23.q.1.2.o.ſ.d.35.q.2.ar.2.q.1.c.ſ.Veri.q.12.12.12^m.ſ.quol.7.q.2.1.c. Alio modo dicitur obiectum alicuius potentię collectiue.i.quod continet omnia quę pertinent ad illam potentiam. Et sic ens est obiectum intellectus, quia nihil intelligitur nisi sit ens: vt habetur Veri.q.2.3.12^m.ſ.q.18.4.12^m.

Quod intellectus noster non cognoscit singularia, 1^a. 754
q.14.11.1^m.ſ.Veri.q.2.4.1^m.ſ.5.c.fi.ſ.1^m.ſ.2^m.ſ.3^m.ſ.6.o.ſ.q.10.5.1^m.ſ.2^m.ſ.3^m.ſ.Ethi.6.lec.1.fi.ſ. Anima. 2.lec.12.co.1.fi.ſ.Posteriorum.lec.30.fi.ſ.Lec.38.fi.ſ. Perihermenias.lec.14.co.4.

Oppositum videtur dicere.1^a.q.86.1.o.ſ.22^e.q.47.3. 1^m.ſ.2.d.3.q.3.3.1^m.ſ.4.d.50.q.1.3.o.ſ.Veri.q.2.5.6. o.ſ.q.10.5.o.ſ.quol.8.uel.11.q.1.3.o.ſ.Opus.29.co.1. 2.ſ. Anima.3.lec.8.co.1.3.

Rñ° dicendum dupliciter.s.primo,qꝫ sicut habetur. 1^a.q.86.1.c.intellectus noster in statu vię non cognoscit singula per se & directe,tamen cognoscit ea respexine, * & mediante potentia sensitiua:sicut etiam dicetur ad Dubium.1115^m. Sed post mortem,cognoscit per se & directe,per species influxas, sicut & Deus per essentiam suam,& angeli per species concreatas cognoscunt singularia:vt habetur.4.d.50.q.1.3.o.ſ.quol.11. lec.1.3.o. Secundo dicendum, qꝫ cum obiicitur, qꝫ propriu3 ipsius intellectus nostri, est intelligere formas in materia indiuiduali: vt habetur Posteriorum. lec.33. fi. vbi sic dicitur. Nos enim intendimus de huiusmodi rebus,de quibus in nobis scientia per demonstrationes acquiritur,& huiusmodi sunt res in materia existentes nobis notæ de quibus fiunt demonstrationes. Et hoc idem dicit.1^a.q.12.ar.4.c.vbi dicitur qꝫ per intellectus connaturale est nobis cognoscere naturas,quę quidem non habent esse,nisi in materia indiuiduali. Et idez dicit.1^a.q.75.1.c. Sed intelligere formam existentem, in materia indiuiduali, est intelligere singulare. Ergo etc.dicendum est,qꝫ vt dicit.1^a.q.12.4.c.proprium est intellectus nũi,intelligere formas in mã indiuiduali existentes,nõ tñ * vt singularizatas.i.non sm qꝫ est in tali materia indiuiduali, sed sm qꝫ abstrahitur ab ea per considerationes intellectus. Intelligere autem formas in materia existentem in cõmuni.i.non prout in materia indiuiduali existit:est intelligere vniuersale,& nõ singulare: vt habetur in locis vltimo adductis,sicut etiã dicitur ad Du^m. 186^m,1032^m.1115^m.

Quod eodem actu, simul intelligitur obiectum mate- 754
riale & formale. Veri.q.8.14.6^m.

Oppositum videtur dicere a simili. 12^e.q.8.3.2^m.ſ.q. 12.4.c.ſ.1.d.17.q.1.5.c.ſ.ꝫ.1.c°.76.1^m.

Rñ° dicendum,sicut Dubio.1030.1380.

Quod intelligere nostrũ est quodda3 pati.1^a.q.79.2.c. 755
Immo passio est cum abiectione alicuius. 1^a.q.14.2. 2^m.ſ. Anima.11.1^m.fi. 761

Rñ° dicendum,qꝫ vt habetur.1^a.q.79.2.c.pati tripliciter dicitur.s. Primo proprijssime quando.s.aliqd remouetur ab aliquo,quod conuenit sibi aut per naturam,aut sm propriam inclinationem. Secundo modo minus proprie dicitur aliquis pati.s.ex eo qꝫ aliqd ab ipso abiicitur,siue sit ei cõueniens, siue non cõueniens. Tertio modo dicitur aliquis pati communiter.s.ex hoc 762
solo,qꝫ id quod est in po^a ad aliquid,recipit illud ad qđ erat in po^a absq; hoc qꝫ abiiciatur aliquid. Secundum quem modum,omne quod exit de po^a ad actu3,potest dici pati,etia3 cum perficitur. Et sic intelligere nostrum est pati,& non aliis duobus modis,*quia operatio animæ intellectualis in rem quam cognoscit,est operatio non actiua,sed receptiua: quia cõparatur ad obiectum suum a quo recipit esse, sm perfectionem secundam, quod est esse accidentale: vt habetur,1.d.15.q.5.3.4^m. sicut etiam dicetur ad Du^m.794^m. 763

Quod de ratione eius qꝫ est intelligere,est qꝫ sit intelli- 756
gens,& intellectum. Opus.53.principio.

Immo aliud est intelligere,& aliud intellectũ.1^a.q.54. 1.3.c.ſ.ꝫ.1.c°.45.2^m.ſ.Po^a.q.8.1.c.ſ.Opus.53.co.2.

Rñ° dicendum,qꝫ licet intelligere sit aliud q̃ intellectum sm se, est tñ vnum cum eo in specie intelligibili q̃ intellectus intelligit: vt habet in locis sco allegatis.

Quod intellectus mouet se.12^e.q.9.3.c. 757
Oppositum videtur dicere.ꝫ.1.c°.72.5^m.ſ.Li°.2.c°. 23.3^m.ſ.quol.6.q.2.2.c.

Rñ° dicendus,qꝫ intellectus mouet se,quia p hoc qꝫ 764
cognoscit pn^m,reducit se de po^a ad actum,quo ad cognitionem conclusionum: vt habetur.12^e.q.9.3.c.ſ.q. 51.2.c.ſ.Ma.q.6.c.co.3.ſ.20^m.ſ.Anima.4.6^m.

Quod operatio intellectus est duplex.s.simplex appre- 758
hensio,& compositio & diuisio.1^a.q.85.2.3^m.ſ.22^e.q. 83.1.2.3.ſ.1.d.19.q.5.1.7^m.ſ.d.38.3.c.ſ.3.d.23.q.2. ar.2.q.1.c.ſ.d.24.ar.1.q.1.c.ſ.Veri.q.14.1.c.ſ.Spiritu. 9.6^m.ſ.11.7^m.ſ.quol.5.q.5.2.c.ſ.Met.4.lec.5.co.5.ſ. Li°.6.lec.4.co.2.fi.ſ. Anima.3.lec.11.o.ſ.Posteriorum 765
pn°.ſ. Perihermẽias pn°.ſ.Lec.3.pn°.ſ.Lec.5.co.3.fi. Immo operatio intellectus est triplex.s.intelligentia indiuisibilium, compositio & diuisio, & discursus.1. d. 33.1.3^m.ſ. Posteriorum principio.

Rñ° dicendum,sicut Du°.430. 764

Quod iudicium intellectus de particulari actu duplex.s. 759
conscientiæ in pura cognitione,& liberi arbitrii,in applicatione ad affectionem. Ideo sm iudicium potest peruerti,& esse cum errore,sine primo. Veri.q.17.1.4^m. Oppositum videtur dicere.12^e.q.73.1.8.c.

Rñ° dicendum,sicut Dubio.760°. 766

Quod intellectus intelligit aliquando rem aliter q̃ sit, 760
1^a.q.85.1.1^m.
Immo intellectus non errat.2.d.39.q.3.1.c.fi.

Rñ° dicendum, qꝫ intelligere rem aliter q̃ sit,contingit dupliciter.s.ex parte obiecti & ex parte intellectus: primum est falsum,non autem secundu3. Vel verum est qꝫ intellectus qui intelligit rem aliter q̃ sit, est falsus,si li,aliter,referatur ad rem intellectam. Tunc.n. intellectus est falsus,qñ intelligit rem esse aliter q̃ sit. Non est autez ver,si li,aliter,accipiatur ex parte intelligentis. Est enim absq; falsitate vt alius sit modus in intelligendo q̃ modus rei in essendo: qa intellectus est in intelligente imaterialiter p modũ intellectus: vt hꝫ. 1^a.q.76.2.4^m. non aũt materialiter p modu3 rei materialis: vt habet.1^a.q.12.6.1^m.ſ.2^m.ſ.q.13.12.3^m.ſ.q. 85.1.1^m.ſ.1.d.38.2.1^m.ſ.4.d.49.q.2.1.14^m.ſ.4.4^m.ſ. Veri.q.2.2.11^m.ſ.5.6^m.ſ.7^m.ſ.q.3.1.11^m.ſ.q.8.1.1^m.

Quod nihil potest intelligi, nisi sm qꝫ est ens actu. 1^a. 761
q.12.1.c.ſ.Opus.42.principio.ſ.Causis.lec.6.co.2.ſ. Anima.3.lec.9.co.1.fi.
Immo res intellecta,quandoq3 est in po^a tantu3,cum res sint quasi quædam intelligibilia in potentia,sicut & anima humana,qñq3 est intelligens in po^a tantu3. 1^a. q.90.1.c.pn°.ſ.quol.8.q.2.1.c.ſ.Opus.53.pn°.

Rñ° dicendum,qꝫ licet res intellecta, sm se nõ sem p sit in actu,est tñ in suis principiis,p quę põt intelligi.

Quod intellectus in actu,& intellectus,sunt idem. 1^a. 762
q.14.2.c.ſ.q.55.1.2^m.ſ.q.85.2.1^m.ſ.q.87.1.3^m.
Immo res intellecta, est realiter distincta ab intellectu. Potentia.q.8.1.c.

Rñ° dicendum dupliciter.s.primo,qꝫ intellectus in actu, & intellectum,per vnionem sunt idem sm speciem intelligibilem: vt habetur. 1^a.q.14.2.c.ſ.q. 55.1.2^m.ſ.q.85.2.1^m.ſ.q.87.1.3^m.ſ.1.d.35.1.3^m.ſ.2.d.3.q. 3.1.c.ſ.4.d.49. q.2.1.10^m.ſ.Veri.q.8.6.c.ſ.Spiritu.8. 14^m.ſ.q̃l.8.vel.11.2.c. Scõ dicẽdũ,sicut Du°.756°.

Quod species in intellectu, differt genere a specie in 763
sensu & in imaginatione. Ideo nõ potest imprimi ab eis,sicut species quę est in sensu, imprimit eam quę est in imaginatione, qa sunt eiusdem gñis.i. sunt indiuiduę & mãles. Spiritu.10.17^m.ſ.Aia.4.1^m.ſ.3^m.ſ.5^m. Immo actio ipsius sensibilis, attingit omnes species in intellectus nostri.quol.7.vel.8.q.2.1.c.

Rñ° dicendum,qꝫ attingit species intellectus nostri 766
mouendo intellectum possibilem,non autez ex hoc qꝫ ex seipsa sit sufficiens, sed requritur lumen intellectus agentis: vt habetur quol.8.q.2.1.c.

Quod species intelligibiles acquisitę & infusę, sunt diuer 767
sarõnu3.4.d.50.q.1.2.4^m.ſ.3.5^m.ſ. Anima. 18.2^m.
Oppositum videtur dicere.1^a.q.94.3.1^m.

Rñ° dicendum,sicut Du°.1111°.

Quod ad esse habitus intellectiui,concurrunt duo,s.spe 768
cies intelligibilis,& lumen intellectus agentis.1.d.3.q. 5.1.1^m.ſ.3.d.14.ar.1.q.2.c.fi.ſ.q.3.c.pn°.ſ.2^m.

Oppositum videtur dicere.12^e.q.54.4.o.

Rñ° dicendum, sicut Du°.1099°.

Quod plures species,possunt simul esse in intellectu. 1^a. 769
q.12.10.c.ſ.q.58.2.2^m.ſ.q.85.4.c.2^m.
Immo impossibile est qꝫ idem intellectus simul perficiatur diuersa in speciebus intelligibilibus, ad intelligendum diuersa in actu.1^a.q.85.4.c.fi.

Rñ° dicendus,qꝫ plures species possunt simul esse in intellectu sm actum imperfectum, non aũt sm actum perfectum. Similiter in sensu: vt habetur. 1^a.q.12.1. c.ſ.q.58.2.2^m.ſ.q.85.4.c.2^m.ſ.2.d.3.q.3.4.c.ſ.d. 10.4. 3^m.ſ.3.d.14.ar.2.q.4.c.ſ.ꝫ.1.c°.55.ſ.Veri.q.8.14.c. 7^m.ſ.Ma.q.16.4.c.co.3.ſ. Anima.18.5^m.ſ.quol.8. vel.11.2.o.

Quod sensus & intellectus differunt realiter, per vni 770
